NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
3 F
38

14 18-B-25-

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

56

56.
e

DE ORTV ET OCCASV SIGNORVM LIBRI II, CVM POETICES TVM ASTRONOMIAE STVDIOSIS VTILISSIMI, AVTORE FRANCISCO SIRIGATTO.

2 16

Coll. Rom. Cat. Inscrip. B. S.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA
RIO EMANUELE

Cautum eſt Cæſaris & Clementis VII *Pont. Max. priuilegijs, ne cuiquam hoſce libros & A. Iani Parrhaſij in Flacci artem poeticam cōmentarios, ante decennium imprimere, aut alibi impreſſos, uenum exponere liceat. Quocirca omneis, ne ſuis rebus male conſulant, admonitos uoluimus.*

12.3.F.38

12.3.F.38

BERNARDINVS MARTYRANVS CAESARIS A SECRETIS, ORNATISSIMO VIRO MICHAELI MAIO CAESARIS APVD SVMMVM PONTIFICEM ORATORI

S. D.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Vdiſti, & ſæpe, ut arbitror, humaniſſime Mai, in direptione urbis, quas clades, quas cædes, quæ deniq; exitia paſſi ſint ciues Romani, alijq; qui eo tempore urbem incolebant. Nunquam enim Quirites, quãquam magna & grauia exterarum gentium bella tulere, tam aduerſa fortuna iactati ſunt, ut ipſi dij urbem quondam totius orbis lumen, extinctam uelle tum maxime uiderentur, præſertim poſt herois Borboni intempeſtiuũ

ac infeliciſſimum caſum, quem fata deorum immortalium acerba, ne dicam crudelia nobis ademerunt, quo non tantum urbs ipſa, ſed uniuerſa Italia cædibus, direptionibus, incendijſq; uaſtaretur. Scis enim quæ mala eius interitũ ſequuta ſint, quæ, niſi is tam ſubito caſu concidiſſet, in miſerorum populorum capita caſura non uidebantur. Sed ita, ut dixi, fuit in fatis, ut quaſi ſol cum terras ſubijt, omnia tenebris obſcurata nobis relinqueret. Tunc ego, etſi maximis curis agitatus, mœroreq; confectus, optimi principis, cuius familiariſſimus erã, & primus a Secretis, immaturum funus mecum lugerem, rerumq; cunctarũ cogitatio, præter eius interitũ, e memoria excidiſſet, nolui tamen non experiri, an in tanta rerum perturbatione, literarum ſtudioſis aliqua in re poſſem prodeſſe. Quare ſpretis illis Romanis opibus, quas alij certatim diripiebant, unde omnia minis, querelis, gemitu reſonabant, cruoreq; madebant, animum qui ob Principis mei, ac urbis fatũ mihi pene ereptus erat, ad perquirendos libros appuli, nec dij, quos in cæteris rebus infeſtiſſimos expertus eram, in hoc felicem mihi exitum inuidere, Nam præter alia opera, quæ indaganti mihi occurrerunt, opus DE ORTV ET OCCASV SYDERVM, *in manus incidit, quod quantum commodi*

afferat

afferat legentibus, ex ipſa lectione perſpicere tibi licebit, Vbi quo quæq; ſydera tẽporis curriculo oriãtur & occidant, diligentiſſime notatum eſt. Verumenimuero occaſio tam pulchri operis inueniẽdi fruſtra mihi illuxiſſet, niſi dij te mihi obtuliſſent, cui librum hunc feliciſſimo ſydere nũcuparem. Nunquã enim in lucem proferrem, quippe qui recte ſciam, quibus inuidorum morſibus lacerentur ſcripta uel grauiſſimorum autorum, quæ ſine Aiacis clypeo in lucem prodeunt. Sed tãdem, dij immortales literatos cœlitus reſpexere, noluerunt q; autorem tam egregiũ diutius latere, tenebriſq; & ſquallore tabeſcere, quũ te nobis tam opportune obtulerint, cuius auſpicio tutus in ultima terrarũ littora penetrare poterit. Nam quis adeo uecors eſt & inhumanus, qui tuo nomine in operis fronte inſcripto, autorem æternis laudibus in cœlum nõ tollat, & legendi immo ediſcẽdi deſyderio non capiatur, Omnes enim nouerunt, qua doctrina, qua iudicij acrimonia polleas. Quare autorem hunc, qui ductu & auſpicio tuo audacter exit, in florentiſſima illa tua bibliotheca reponito. Tu uero feliciſſime liber, cuius defẽſor, ꝓpugnatorq; eſſe uoluit MAIVS ille, quo certe uix maius, uix melius, uix doctius aut elegãtius uſpiam terrarũ ſol aſpicit, lætus intrepiduſq; in uulgus progrediare, & quoniã

ſemel a mortis limine te reuocaui, cunctorum ſeculorum æternitatem polliceri tibi non uereor. ea enim ægide pectus munitum geris, ut non inuidiæ tela, non temporis edacitas, non ſi cœlum irruat, tibi queat obeſſe. Tu *interea* Mai *humaniſsime me, ut facis, redama, & Vale.*

Ιω. Λουκρέτιος ὁ Οἰσιάνδρος.

Η βίβλος ἔνδον μὲν καλύπτει πάντοθεν
Ολυμπον εὐρὺν, κ' ἀστέρων ταχεῖς δρόμους,
Αὐτῆς δ' ἐπαίνους οὐδ' Ολυμπος ἄφθιτος
Πέριξ καλύπτειν, θαῦμ' ἰδεῖν, δυνήσεται.

DE ORTV ET OCCASV SIGNORVM FRANCISCI SIRIGATTI.

Ex Cæſaris priuilegio.

Quiſquam ne iterum ante decennium imprimito, impreſſos ne uendito.

IANVS ANYSIVS BERNAR-
DINO MARTYRANO
S. D.

V*tinam non tam multi eſſent* Martyrane, *qui aut ſibi alienos labores aſcribunt, aut neſcio quo malo liuore, libros & autores bonos ſupprimunt, ambitioſe pluteos ornantes, codiceſq; blattis exponẽtes.* Q*uanto aliter tu, qui omni labore & impẽſa inquiris libros, ut in lucem, cõmunemq; utilitatẽ proferas.* O *quantum tibi illorum manes debent* Martyrane, *& ut eadem pergas te etiam orant obſecrantq;.* Ex *urbis ruinis aliquot audimus te ſeruaſſe bonos libros, qui miſeri latebant, dareq; operam ut elegantibus typis impreſſi, aucti exeãt numero millenario.* Ex *illo ergo malo tãtum bonum erit ortũ.* T*eq; merito pium* A*eneam appellabimus.* I*lle deos penates ex* I*lij incẽdijs, optimos tu autores, deq; re litteraria bene meritos, ex tãta iniuria, ac prope funeſta ſeruitute, in libertatẽ, uitamq; honeſtiſſimam uindicabis.* Q*ua pietate ita tibi deuincies bonos omnes, ut tibi maximam ſint atq; æternam gratiam debituri.* V*ale.*

LEONI X. SVMMO PONTIFICI PERPETVAM FELICITATEM.

Ametſi publicarum rerum adminiſtratio, ac terra mariq; pacis regēdæ cura deterrere me iure poſſent beatiſſime pater, ne ſanctitatē tuā, utpote maximis difficillimiſq; occupatam rebus intēpeſtiuus adeam, perſpecta mihi tamen clementia tua & rerum plurimarū ſtudium, atq; cognitio, in eam opinionē fiduciamq; adduxere, ut exiſtimem nihil beatitudinem tuam importunum, aut intempeſtiuum ducere, ſi quod ad ſcientiæ cognitionem, & ad eam maxime, quæ aſtrorū peritia dicitur, facere intelligeret, ad illam afferrem. Nihil *enim cœlo nobilius, aut eius inquiſitione præſtātius, tum propter humanitatis cōmunicationem, tum ob rei difficultatē, nobilitatemq; materiæ.* Nihil *etiam homine dignius quam quum ī remotiſſimis ſit a cœlo cōſtitutus locis, ad cœli ipſius, & ſtellarum quæ cœlo feruntur, ſecreta penetrare, & per uiſibiles creaturas ad omnium creaturarum uerum autorem inui-*

ſibilem corporeo intuitu mẽtis aciem tollere, & unde ſui ortus principia traxit, eodem ſeſe per beatorum circulum feliciſſime reflectat, ubi finito peregrinationis errore ſempiterna deniq; , ac beata requie fruatur. Opere pretium iterum facturus uidebor beat[illegible] ſi te auſpice, ac præſide has in remp[illegible] ferremus. Quum earũ motus, qui poſt cẽtum annos u[illegible] minimus ſui parte deprehenditur, id quidem uitæ humanæ ſpatium longiſſimum uidetur declarare. Illarũ item ortus & occaſus, qui præter id non facile humana ſolertia indagari poſſunt, ab obſcuris traditi ſunt ad hanc uſq; ætatem autoribus, aut male interpretatis ueterum ſententijs. Quo fit, ut maxima errata inoleuerint, & in ſcribẽdo & in docendo. Hæc igitur ſanctiſſime pater chriſtianæ religionis cõſeruator uolens pro uirili extirpare Cl. Ptolemei de imaginibus VII & VIII Almageſti tabulas in duos libros ſtatui explicare. Primus per totius anni dies aſtrorum lapſus & protinus ortus, ut ſumunt poetæ, comprehendit. Secundus eadem ex mathematicorũ rationibus ſigillatim per ſuos gradus, & partes ſignabit imagines. Quãobrem & beatitudinem tuam, & ſi fieri poteſt, totum Romanæ eccleſiæ ſenatum & hortari & rogare nõ deſinemus, uti opuſculum noſtrum ſic legat,

ut exiſtimet a nobis ſanctitatis tuæ iudiciũ propter ſingularem omnium rerum, quæ in illa eſt, peritiam, magis poſtulari robur, atq; autoritatem operi, quam librorum, ſtudijq; laudem inde quæri.

Docuit diuturna obſeruatio ſtellas fixas & ad ſepten trionem, & ad meridiem ſparſim eſſe locatas, uerum inter ſe diſtãtiã inuariatã habere, & quæ in zodiaco, & quæ extra zodiacum ſunt fixæ, ut incolumis maneat ordo, qui conditus eſt, motumq; earũ eſſe contra primum motum ad ſignorum ſucceſsionem, & in uicinis ſignorum regionibus collocatas cum duodecim ſignis & oriri, & occultari, declinationes uero ſuas ab æquinoctiali non eaſdem ſemper habentes. Nam *ſtellæ, quæ ſunt in medietate ſphæræ, quæ eſt a pũcto tropici hyemalis ad æſtiuum tropicum per punctum uernalem, procedendo declinationes meridianas minuunt, ſeptentrionales augeri uiſæ ſunt.* Econtra *ſtellæ, quæ ſunt ĩ altera medietate ſphæræ, declinationes ſeptentrionales minuunt, meridianas augent.* Maiorq; *diuerſitas uariationis reperta eſt in ijs, quæ iuxta ſunt puncta æqualitatis, & minor in ijs, quæ iuxta ſunt tropica.* Diſtantia *uero ipſarum in longitudine a punctis æqualitatis, & ſolſtitialibus, non una manet eadem, ſed ſemper creſcit ſecundum ordinem ſigniferi procedendo.* Ita *ut ſtellæ, quæ* Iulij

Cæſaris tēpore fuere ante puncta tropica, & æqualitatis, modo reperiantur poſt ipſa tropica, & æqualitatis. Quantitas uero motus ipſarum in longitudine ſecundum Claudium Ptolemeum eſt fere in C annis uno gradu. Nam cor Leonis tempore Ptolemei, uidelicet anno II Antonini, diſtabat a puncto tropico æſtiuali XXXII grad. & medietatem fere. noſtra uero tempeſtate, uidelicet anno ſalutiferæ incarnationis MD, inuenimus diſtare a puncto tropico æſtiuo per LII grad. XLII min. fere. Similem quoq; mutationem in alijs ſtellis inuenies a locis earū, quæ Ptolemeus notauit. Secundum uero Albategni conſiderationem in LXVI annis uno gradu fere mouentur, & non in C annis, nam duorum temporum interuallum eſt MCCCLX. Fuit enim Ptolemei cōſideratio anno Chriſti CXL. ſubtractis igitur CXL de MD reſtant anni MCCCLX. & differentiam cordis duorum locorum eſt gradus XX. min. XII. unde diuidendo partes XX, & min. XII in ſexaginta ſex, proueniunt MCCCXX. ergo non in C annis, nec in LXVI, ſed ualociori motu. Quibus rebus ſatis compertum habemus, ꝙ omnium ſtellarum fixarum adinuicem ſit una & eadem habitudo ſemper, & motus earū ſit motus cœli unius,

in quo fixæ apparent. & ſimiles figuras, & ſimulacra, quas ſcripſit Hipparcus, *Abrachis,* Ptolemeus, *& alij, illas hodie habere uidemus.* Quomodo *autem & quando, & cum qua parte oriantur, ſuis locis ſigillatim de unaquaq; imagine declarabimus iuxta* Ptolemei, *&* Alfonſi *numerum.* Quanquam *ex infinito illo fixarũ numero paucæ admodum notæ ſint. curſus tamen, & tempora, quibus illos peragũt, humana ſolertia paulatim aſſequuta eſt.* Et *quoniã ultra, citraq; ſigniferum ſparſim collocatæ ſunt, probe inſpiciẽdum eſt, ne nos gradus fallat, cum quo oritur fixa.* Nam *linea a primo* Arietis *gradu ad polos utroſq; deducta, nobis, qui in* VI *climate habitamus, pari modo non exoritur. ſiquidem ubi pars ſeptentrionalis ſeſe extulerit, auſtralis depreſſa iacebit. ex quo fit, ut ſole primo* Arietis *gradu exoriente, non oriatur cum eo fixa in eadem linea ad auſtrũ poſita, ſed aliquot poſt grad. contra ad ſeptentrionẽ poſita citius exorta ſolem antecedat, ut nec cum ſole ſimul oriatur, nec occidat. ideo quod maiore circũductione ſphæræ utitur fixa, quæ ab æquinoctiali circulo ad arcticum finem eſt cõſtituta, quam quæ ab æquatore ad eum polũ, qui notius appellatur, eſt collocata. quæ uero in finitore recto poſita eſt, cum parte zodiaci, in qua erit, & occidit & oritur, quum poli primi*

motus ſint in ſuperficie orizontis. unde mora ſtellæ diurna nocturnã æquabit. Vbi uero poli mũdi efficiuntur poli finitoris, nulla ſtellarum oritur, aut occidit. æquinoctialis enim in ſuperficie orizõtis circunuoluitur, reliqui uero circuli ei æquidiſtãtes & orizonti in circuitione ſua æquidiſtant. quare ſtellæ in hemiſperio ſuperiori nõ occidunt. quæ uero in inferiori ſunt hemiſperio, nõ oriũtur. Verum una quæq; ipſarũ cœlũ mediat in una circunductione, hæc ſuper terram, illa ſub terra. Cæteri uero orizontes ad quos æquinoctialis inclinatur, quibus alter polorum eleuatur, hanc habent conſideratione͂. Imaginandi enim ſunt duo circuli parui æquales ſibi & a pũcto æqualitatis æquidiſtantes, quorum uterq; finitorem contingat, hic quidem ad polum arcticum, ille uero ad polum antarcticum. quæq; igitur ſtella, quæ inter alterum paruorum circulorum, & polum noſtrum comprehenditur, neſcit occaſum. quæq; uero quæ inter polum depreſſum, & paruum circulum complectitur, nunquã oritur, nec occidit, ſed manet ſemper occulta. uerum una quæq; illarum meridianum attinget una circuitione perfecta, hæc ſuper terram, illa ſub terra. Reliquæ autẽ ſtellæ omnes, quæ inter utroſq; paruos circulos clauduntur, & oriuntur, & occidunt, & cœlum mediãt. Tempora uero reuolu-

tionum æqualia cenſebuntur.tempus enim quo ſtella a parte meridiani ſupra terram ad partẽ meridiani ſub terra,aut econtra perducitur,tempori quo ad principium motus reuertitur, æquale eſt. quando omnes paralellos,in quibus itinera ſtellarũ metiũtur, meridianus per æqualia ſcindit. Quod autem tempus ortui,atq; occultationi interiacet,inæquale eſt tẽpori, quo ſtella ab occaſu ad ortum ſub terra reuertitur. hoc quidem in omni orizõte obliquo fit,dẽptis tamen ſtellis,quæ in æquinoctiali ſunt circulo,quibus ſuper terram,& ſub terra æqualem moram tribuit æquinoctialis orizonte per medium ſecto. Amplius,quæ ab ortu ſtellæ mora eſt,ad mediationem cœli ſuper terram æquatur moræ,quæ a mediatione cœli ad occaſum labitur. meridianus enim portiones parallelorũ,quæ ſupra orizõte ſunt omnes per mediũ diuidit. Idem accidit ſub orizõte. tẽpus enĩ quod ponit ſtella a mediatione cœli ſupra terrã ad eius occaſum ĩ ſphæra recta æquale eſt tẽpori,quod trãſit ab occaſu ad imũ cœli. in ſphæra uero obliqua inæquale ſemper eſt,niſi ſtellæ ſint in æquatore. Similiter tempora,ab imo cœlo ad ortum,æqualia ſunt in ſphæra recta.in obliqua uero nõ,niſi in ipſo æqualitatis circulo ſtellam reperias. Accidit deniq; in ſphæra recta quod omnes ſtellæ cœlum ſimul mediantes,& ſimul

oriantur, & ſimul occidant. In *ſphæra decliui nõ ſic. ſed ſtellarum, quæ una cœlum mediant, quæ ſeptentrionalior eſt, meridianam oriendo præuenit, occidendo ſubſequitur.* Eſt *inſuper declarandum, nonnullas habitudines, quas ſtellæ ad ſolem & orizõtem habẽt, ut facilius noſtrum intelligatur kalendarium. quas in ſex modos partiemur. Sed prius de anni diuiſione aliqua dicenda ſunt.* Diuerſi *diuerſas circa anni quãtitatẽ conſiderationes habuere.* Olim *annus qui nunc e* XII *conſtat menſibus, non eam, quam hodie, rationem habebat.* Nam *propter paruã rerum cœleſtium cognitionem, diuerſus erat, aliuſq; apud alios populos habebatur.* Et Romæ *quidem primum decem fuit menſium, poſt* XII, Numa Pompilio *autore. ac ne tum quidem ipſe ſibi conſtabat. donec* Iulius Cæſar *eũ probe cõſtituit. cuius menſes ita diſtribuit, ut alios e pluribus, alios e paucioribus diebus ſtatueret, adiecta poſt quadrienniũ die una.* Quæ Cæſaris *diſtributio, tametſi certa ſit, in aliquo tamẽ differt ab aſtronomis.* Vetuſtiſsimi *enim ægyptiorũ annum ſolarem, reditionẽ ſolis ad aliquã ſtellarum fixarũ eſſe dicebant. inueneruntq; id fieri in* CCC LXV *diebus, & quarta diei, &* CXXX *parte diei.* Verum *hæc anni aſsignatio non conuenit, propterea q ſtellæ fixæ motũ ſeparatum habeãt a motu*

totius . pariq; ratione reuerſio ſolis ad Saturnũ,*uel* Iouem *dici debeat annus.* Ideo Hipparcus *dixit annũ eſſe reditum ſolis ad aliquod pũctum æquinoctij,aut ſolſtitij.* Quantum *itaq, temporis eſt ab ingreſſu ſolis in punctum æquinoctij autumnalis uſq; ad proximũ eius ingreſſum in idem punctum,tantam quãtitatem annus habere dicitur. quam ipſe reperit* CCC LXV *dierum,& quartæ unius .* Ptolemeus *uero dixit eſſe* CCCLXV,*& quartæ unius,minus* CCC *parte diei. & hanc eandem anni quantitatem reperit ſimili uia per plures obſeruationes.* Deinde Albategni *poſt* Ptolemeum *annis* DCC XLIII *obſeruans, conſiderationem ſuam cum* Ptolemei *conſiderationibus comparando,reperit in* CVI *annis unum diem deficere a numero dierum, quem* CVI *anni conſtituunt,dum quilibet ſit ex* CCCLXV *diebus, & quarta unius, minus* CVI *parte diei,quæ eſt* XIII *min. horæ, & tres quintæ unius minuti.* Nam *conſideratio* Albategni *fuit poſt iam dictam* Ptolemei *annis* DCC XLIII *ægyptijs,*CLXXVIII *diebus,cum medietate & quarta diei,minus duabus quintis unius horæ.* Ptolemeus *enim in* Alexandria *conſiderauit,* Albategni *uero in* Arata, *quæ eſt orientalior* X *grad.& æqualitas* Albategni *fuit poſt ſolem ortũ*

hora una, & duabus tertijs unius. Sic ultra dies integros in interuallo fient horæ X V, *& tres quintæ unius fere.* Anni *autem ſolares* D C C X L I I I, *uno quoq; ex* C C C L X V *diebus, & quarta cōſtante, ſunt anni ægyptij* D C C X L I I I, *&* C L X X X V *dies, hor.* X V I I I. *qui excedunt ipſum interuallum in* V I I *diebus & minutis horæ.* X X V. *quæ ſi diuiſa fuerint per* D C C X L I I I *annos ſolares, fiet, ut ſingulis annis cōtingāt* X I I I. *min. hor. & tres quintæ unius min.* P*oſuit igitur annum* C C C L X V *dies,* V *hor.* X L V I *min. & duas quintas unius, hoc eſt* X X I I I I *ſecūdas.* N*ouiſſime uero* A*lfonſus dixit annum conſtare ex* C C C L X V *diebus, &* X I I I I *min.* X X X I I I *ſecundis,* I X *tertijs,* L V I I *quartis,* I I I I *quintis,* X X I I I I *ſextis.* P*ropter has igitur uarietates de quātitate anni* T*hebit* C*hora cauſam huius diuerſitatis inquirens, motum octauæ ſphæræ, quem trepidationis dicimus, ſuper duobus circulis paruis, in quibus capita* A*rietis, &* L*ibræ, circunferūtur, inuenit. qua poſitione tam uariationes declinationū eclipticæ, quam anni uarias quantitates ſaluare nititur. dixitq; anni quantitatem non eſſe tempus ab æquinoctio ad ſimile æquinoctium, nec a ſolſtitio ad ſimile ſolſtitiū, ſed reditum ſolis ab aliquo puncto eclipticæ mobilis*

in idem punctum. H*æc de anni quantitate. nunc ad rem noſtram.* P*rima igitur habitudo erit ortus matutini, dum ſcilicet ſol, & ſtella ipſa in orīetali horizonte ſtatuuntur.* H*uic tres ſunt modi. unus quando ſtella ſub radijs ſolis exiſtens ſtatim poſt ſolis ortum peroritur, alius quādo ſol, & ſtella ſimul exoriūtur, tertius dum ſtella e radijs egrediēs prior ſole oritur. Secunda habitudo eſt, quādo ſol in orientali parte, & ſtella in occidentali horizōte cōſtituuntur. & dicitur occaſus matutinus ſiue coſmicus. cui etiam tres ſunt modi. unus quando ſtatim poſt ſolem ortū ſtella occidit, alius quādo ſol, & ſtella in horizonte pariter cōſtituuntur, ille quidem ī oriēte, hæc uero in occidēte. tertius quando ſtatim poſt ſtellā occidentē ſol oritur.* T*ertia habitudo, ueſpertinus ortus nominatur, dum ſcilicet ſol occidentalē occupat angulū, ſtella orientalem, atq; huic etiā tres modos adiungimus. quorū primus eſt quando ſtatim poſt ſolis occaſum ſtella oritur, alius quādo ſole occidēte ſtella exoritur, tertius quādo poſt ſtellam ortam ſtatim ſol occidit. & hic dicitur ortus chronicus ſiue tēporalis.* Q*uarta habitudo erit quādo ſol, & ſtella in occidentali horizonte fuerint. quam etiam in tres partiemur modos.* V*nus accidit quando ſtella ſub radijs ſolis exiſtens occidit poſt ſolis occaſum, alius quando ſol, & ſtella pariter coniuncti*

ſimul occidũt. Tertius quãdo ſtella eſt radijs ſolaribus inuoluta, antequã ſol occidat. & dicitur occaſus ueſpertinus, ſiue cronicus. Quinta habitudo eſt ortus heliacus, ſiue emerſio, & fit quando ſol ſeparatur a ſtella, quæ iam euaſa radios ſolares, matutino poteſt uideri. Sexta & ultima habitudo, quæ in noſtro ponitur kalendario, eſt occaſus heliacus ſiue ſtellæ occultatio, & fit quando ſol ad ſignum accedit, uel ſtellam, quæ ueſpere uidebatur, ſed ſuo ſplendore, & radijs illud occultat. principium enim occultationis fit ad occidentale orizontis labrum. initium uero emerſionis fit in orientali orizonte. Siderum & nomina & imaginum numerum prout docet antiquitas ponẽdo. Loca etiam in quibus modo ſunt, quum a primis iam ualde remotæ ſint, contemplando.

Secundus liber tres ponit imaginum habitudines. prima cum quo grad. zodiaci aſcendente exoritur fixa. ſecũda cum qua parte ſigniferi oriente quodlibet ſimulacrum mediat cœlum, docet. tertia ponit quantitatem arcus eclipticæ aſcẽdentem, quando quælibet ſtella occidit, inſuper numerum & complexiones ſtellarum.

Sanctitatis ueſtræ humilis ſeruus
Franciſcus Sirigattus dicit.

DE TRIPLICI ORTV ET OCCASV IMAGINVM SECVNDVM POETAS LIBER PRIMVS.

IANVARIVS DIES. I.

Rion totus ueſperi apparet.
Humeri Geminorum matutino occidunt.
Clarum ſidus in ore Pegaſi mane oritur.
Serpens Ophyuchi exoritur heliace.
Corona ſeptentrionalis ueſpere occidit tota.
Piſcis qui non eſt de XII *imaginibus zodiaci, ueſpere incipit occidere.*
Caput Serpẽtarij, cum tota imagine, ueſpere occidit.

D. II.

Delphyn occidit heliace.
Pegaſi dexter armus oritur matutino.
Præſepe ueſpere oritur.
Capra occidit matutino.
Corona meridionalis mane oritur.
Aquarius matutino incipit oriri a ſudariolo, quod manu ſiniſtra tenet.

D. III.

Tota fere Andromeda exoritur matutino.
Finis Eridani uerſus auſtrum ueſpere oritur.
Manus lyrifera Geminorum occidit matutino.
Corona meridionalis heliace exoritur.

D. IIII.

Radix caudæ Sagittarij mane oritur.
Aſinus meridionalis ueſpere oritur.

D. V.

Totus Sagittarius ueſpere occultatur.
Caput Aquarij matutino oritur.

D. VI.

Procyon ueſpere apparet.
Capricornus incipit occidere matutino, &
Labia eius matutino oriuntur.
Cauda leporis ueſpere apparet.

D. VII.

Præſepe occidit matutino.
Humerus dexter Aurigæ mane occidit.
Nodus hydræ prope coruum matutino occidit.
Caput poſterioris Geminorũ, in quo clarum ſidus, a Chaldæis Abrachaleus, a Græcis Herculis ſtellá cognominata eſt, occidit matutino.

D. VIII.

Nares Capricorni mane oriuntur.

Vmbilicus

Vmbilicus Sagittarij oritur matutino.
Caput Bootis *ueſperi occultatur.*
Aſinus ſeptentrionalis ueſperi apparet.
Manus ſiniſtra Aquarij *oritur matutino.*

D. IX.

Caput anterioris Geminorum*,in quo* Apollinis *aſtrum,& tota imago matutino occidit.*
Lupus ueſpere apparet totus.
Aculeus caudæ ſerpẽtis Serpentarij ueſpere occidit.

D. X.

Humerus ſiniſter Herculis *ueſpere occidit.*
R*adix cornu ſiniſtri* Capricorni *crepuſculo occidit.*
Aſinus meridionalis occidit coſmice.
Equus minor heliace occultatur.

D. XI.

Cauda Lupi *mane occidit.*
Eridanus ueſpere exoritur totus.
Leo ueſpere incipit oriri.
Crater matutino incipit occidere.
Canis minor,ſiue Procyon *in quo* Limpida *ſtella* Algomeyſa *cognominata,ueſperi apparet totus.*
Humerus ſiniſter Aquarij *oritur matutino.*

D. XII.

Dimidius Cancer *ueſpere oritur.*
Lucida ſuper cingulum Perſei *mane oritur.*

Labia Capricorni ueſpere occidunt.
Obſcura inter Aſinos mane occidit.

D. XIII.

Canis maior ueſpere incipit apparere.
Communis ſtella Hydro *&* Vrceo *mane occidit.*
Pectus Herculis *ueſpere occultatur.*

D. XIIII.

Aſinus ſeptentrionalis occidit matutino.
Auricula dextera maioris Canis *ueſpere oritur.*

D. XV.

Os Leonis *ueſpere apparet.*
Claua inflammati ueſpere occidit.
Sagitta exoritur heliace.
Sagittarius exoritur heliace.

D. XVI.

Vmbilicus Andromedæ *oritur matutino.*
Canicula ſiue Halbahabor *oritur ueſpere.*

D. XVII.

Caput Leonis *ueſpere apparet.*
Aquila exoritur heliace, & incipit ueſpere occidere.
Leo incipit occidere matutino.
Humerus dexter Aquarij *mane oritur.*

D. XVIII.

Aquarius ueſpere incipit occidere a pede ſiniſtro.
Ala dextra Pegaſi *oritur matutino.*

D. XIX.

Caput Andromedæ in quo lucida communis ei & umbilico Pegaſi matutino oritur.
Pes ſiniſter prior Leonis coſmice occidit.
Cancer totus ueſperi apparet.
Manus ſiniſtra Aquarij ueſpere occidit.

D. XX.

Hydra incipit oriri ueſpere.
Ala dextra Aquilæ ueſpere occultatur.
Pars occulta Andromedæ coſmice oritur.

D. XXI.

Genu ſiniſtrum Sagittarij mane oritur.
Dorſum Capricorni ueſpere occidit.
Manus dextra Aquarij oritur matutino.

D. XXII.

Genu dextrum anterius Capricorni mane oritur.
Clarum ſydus in humeris Aquilæ ueſpere occidit.
Pes dexter poſterior minoris Canis oritur ueſpere.
Sagittarius matutino totus exoritur.

D. XXIII.

Corona meridionalis oritur matutino.
Os piſcis auſtrini in quo lucida ueſpere occidit, quæ eſt communis ei, & fini fuſionis aquæ.

D. XXIIII.

Caput Hydræ ueſpere aſcendit.
Iuba Leonis prope ceruicem ueſpere oritur.

Cauda Capricorni ueſpere occidit.

D. XXV.

Limpida in ala dextra Aquilæ ueſpere occultatur.
Coxa ſiniſtra Herculis chronice occidit.

D. XXVI.

Ara ſiue focus matutino oritur.
Piſcis auſtrinus totus ueſpere occidit.
Sagitta ueſpere cadit.
Pes ſiniſter Andromedæ matutino oritur.

D. XXVII.

Finis caudæ Capricorni ueſpere occidit.

D. XXVIII.

Roſtrum Corui matutino oritur.

D. XXIX.

Pes ſiniſter anterior Leonis ueſperi apparet.
Schedex in humeris Andromedæ mane oritur.
Humerus ſiniſter Centauri occidit matutino.
Cauda Sagittarij matutino aſcendit.
Nodus caudæ Capricorni oritur matutino.
Corona meridionalis matutino exoritur.

D. XXX.

Humerus ſiniſter Aquarij ueſpere occidit.
Ilium dextrum Perſei oritur matutino.

D. XXXI.

Cancer totus occidit matutino.
Capricornus ueſpere totus occultatur.

DIES I.

Or Leonis occidit matutino.

c *Rex in pectore Leonis ueſperi apparet.*

Delphin ueſpere incipit occidere.

Argonauis oritur chronice.

D. II.

Lyra ueſpere incipit occidere.

Anſa meridionalis Vrcei occidit matutino.

Totus Capricornus matutino exoritur.

Dexter cubitus Perſei oritur matutino.

D. III.

Teſtudinis deuexum ueſpere occidit.

Equus minor ueſpere incipit occidere.

Os Leonis occidit coſmice.

Gallina incipit ueſpere occultari.

Anſa Vrcei ſeptentrionalis mane occidit.

D. IIII.

Genu dextrum Perſei oritur matutino.

Pyga dimidium Aquarij mane oritur.

Caput Aquarij occidit ueſpere.

Venter Piſcis in zodiaco oritur matutino.

Clara in dorſo Leonis ueſpere uidetur.

Humerus dexter Centauri mane occidit.

D. V.

Vrna Aquarij ueſpere occidit.

Canis maior ueſpere exoritur.

D. VI.

Os Piſcis ſeptentrionalis mane oritur.
Limpida in Hydra dicta Alpharth oritur ueſpere.

D. VII.

Equus minor ueſpere totus occultatur.
Nares Leonis, in quibus Aldiran, mane occidunt.
Delphin totus ueſpere abſconditur.
Oculus dexter Gallinæ ueſpere occidit.

D. VIII.

Temon Argonauis ueſperi apparet.
Equus minor exoritur heliace.
Ala dextra corui occidit matutino.
Sura dextra Aquarij occidit chronice.
Roſtrum uulturis cadentis ueſpere occidit.
Sol Piſces ingreditur.

D. IX.

Pegaſus ueſpere incipit occidere.
Humerus dexter Aquarij ueſpere occidit.

D. X.

Capricornus exoritur heliace.
Coxa ſiniſtra Leonis uerſus ilia ueſpere apparet.
Pes Lupi dexter poſterior occidit matutino.

D. XI.

Pegaſus matutino peroritur totus.

Spina ſeptentrionalis Piſcis mane oritur.
Principij infuſionis aquæ Aquarij ortus matutinus.
Cubitus ſiniſter Andromedæ mane oritur.

D. XII.

Piſces occidunt heliace.
Maxillæ ſiniſtræ Leonis occaſus matutinus.

D. XIII.

Palma dextra Aquarij ueſpere occidit.
Andromeda mane exoritur tota.

D. XIIII.

Manus Centauri dextra mane occidit.
Cetus occidit heliace.

D. XV.

Coxa dextra Perſei oritur matutino.
Coxa ſiniſtra Leonis ueſpere oritur.

D. XVI.

Collum Cycni crepuſculo occidit.
Caput Algol incipit oriri matutino.

D. XVII.

Coruus mane totus occultatur.
Lyra ueſpere incipit occidere.
Dimidius Piſcis, qui eſt ĩ equinoctiali, mane oritur.

D. XVIII.

Leonis cauda, in qua Limpida Deneb halazeth cognominata, ueſperi apparet.

Piſcis notius exoritur heliace.
Totus Aquarius ueſpere occultatur.
Leonis iuba matutino occidit.
Triangulus cum ſole oritur.

D. XIX.

Leonis dimidium ſimulacri mane occidit.
Pegaſus heliace occultatur.

D. XX.

Caput Centauri occidit matutino.
Manus ſiniſtra Perſei oritur coſmice.
Caput Gorgonis mane deſinit oriri.
Antemnæ nauis Argo crepuſculo apparent.

D. XXI.

Coxa dextra Perſei mane oritur.
Virgo ueſpere incipit oriri.

D. XXII.

Hercules crepuſculo incipit apparere.
Collum Pegaſi occidit crepuſculo.
Sura dextra Aquarij coſmice oritur.

D. XXIII.

Ara occidit matutino.
Ala ſiniſtra gallinæ ueſpere occultatur.
Piſcis qui eſt ſub æquinoctiali, ueſpere mergitur Oceano.

D. XXIIII.

Crus Herculis ſiniſtrum occidit matutino.
Oculus ſiniſter Piſcis meridionalis occidit crepuſculo.
Secunda inflexio Hydræ ueſperi oritur.

D. XXV.

Leo ueſperi totus uidetur.
Prima in Lino uerſus auſtrum mane oritur.
Cauda Piſcis auſtrini oritur matutino.
Virginis facies ueſpere uidetur.
Septima in infuſione aquæ Aquarij mane oritur.

D. XXVI.

Coxa dextra Aquarij prope genu oritur matutino.
Radix caudæ Hydræ mane occultatur.
Cetus piſtrix bellua marina incipit occidere crepuſculo.

D. XXVII.

Virgo incipit occidere matutino.

D. XXVIII.

Venter Hydri ueſpere oritur.
Venter Piſcis, qui eſt in zodiaco occidit crepuſculo.

MARTIVS.

DIES I.

Vſtralis Piſcis, qui non eſt de XII imaginibus zodiaci, oritur matutino.

Pes Herculis dexter crepuſculo uidetur.

D. II.

Hydræ ſimulacrum mane abſconditur.

Venter piſcis meridionalis ueſpere occidit.

Triangulus mane exoritur.

D. III.

Eridanus incipit ueſpere occidere.

Venter Ceti occidit crepuſculo.

Corona meridionalis heliace oritur.

Leonis coxa ſiniſtra occidit matutino.

Genu dextrum Aquarij oritur coſmice.

D. IIII.

Ala dextra Pegaſi ueſpere occidit.

Coxa ſiniſtra Perſei oritur matutino.

Ligamentum piſcium uerſus auſtrum mane oritur.

D. V.

Crater ueſperi incipit apparere.

Centaurus matutino totus occultatur.

Dorſum Lupi mane occidit.

D. VI.

Baſis Crateris ueſpere oritur.

Caput Virginis occidit matutino.

D. VII.

Vindemiator crepuſculo apparet.
Andromeda beluæ occultatur.

D. VIII.

Pectus Pegaſi occidit crepuſculo.
Cauda Piſcis notij occidit ueſpere.
Commiſſura alæ ſiniſtræ Virginis oritur crepuſculo.

D. IX.

Cauda Piſcis aquilonarij oritur matutino.

D. X.

Hydra & Crater ueſpere apparent.
Pes dexter Pegaſi occidit crepuſculo.
Sol tranſit in Arietem.
Aequinoctium uernum.

D. XI.

Balteus Virginis ueſpere oritur.
Pars nauis Argo, quæ nobis apparet, ueſpere oritur.

D. XII.

Prima in Lino uerſus auſtrum ueſpere occidit.
Pes ſiniſter Herculis ueſpere aſcendit.
Anſa meridiana Crateris ueſperi exoritur.
Vropygium Gallinæ crepuſculo occultatur.

D. XIII.

Ramus caudæ Ceti meridionalis ueſpere occidit.

D. XIIII.

Arcturus ueſpere apparet.
Auris dextra Virginis occidit matutino.
Eridanus heliace occultatur.
Aquarius apparet: ſiue heliace exoritur.

D. XV. D. XVI.

Cauda piſcis ſeptentrionalis mane exoritur.
Principium Lini ꝑpe eius caudam oritur matutino.
Aries cum ſole oritur.
Aries heliace incipit occultari.

D. XVII.

Coruus incipit ueſperi apparere.
Clara in lumbis Leonis occidit coſmice.
Pes dexter Perſei oritur matutino.

D. XVIII.

Cornu dextrum Arietis mane oritur.
Auriga matutino incipit occidere.
Capra ſiue Halabyoth oritur matutino.
Venter Ceti coſmice oritur.

D. XIX.

Corona ſeptentrionalis crepuſculo oritur.

D. XX.

Alæ ſiniſtræ Virginis ueſpertinus ortus.

D. XXI.

Baltheus Virginis mane occidit.

Ala ſiniſtra Corui *crepuſculo uidetur.*
Os Virginis *occidit matutino.*
Nares Herculis *ueſpere apparent.*

D. XXII.

Spica quæ eſt in manu ſiniſtra Virginis Azimon *cognominata mane occidit.*

D. XXIII.

Leonis ſimulacrum matutino occultatur.
Limpida in corona ſeptentrionali, quam Chaldæi uocant Maphelchare, Babilonij *Aldpheta, ueſpere uidetur.*

D. XXIIII.

Pes dexter Bootis *ueſpere ſurgit.*
Arietis nares cum ſole oriuntur.
Dimidium Virginis *occidit matutino.*

D. XXV.

Pegaſus exoritur heliace.
Spina auſtralis Piſcis *aſcendit matutino.*
Roſtrum *Corui ueſperi apparet.*

D. XXVI.

Finis alæ ſiniſtræ Virginis *ueſpere aſcendit.*
Dimidium Piſcis *extra zodiacum mane aſcendit.*
Cetus matutino incipit oriri.

D. XXVII.

Cubitus ſiniſter aurigæ mane oritur. Quoniam *ca-*

put & collum ſunt ſempiternæ apparitionis.
Coruus *ueſpere totus apparet.*

D. XXVIII.

Spica ueſpere oritur.
Caput Andromedæ *occidit crepuſculo.*
Nodus Lini *uerſus auſtrum ueſpere occidit.*
Labia Arietis *cum ſole oriuntur.*

D. XXIX.

Vltimus Hydræ *nodus uerſus Coruũ ueſpe oritur.*
Corona *ſeptentrionalis ueſpere uidetur tota.*

D. XXX.

Eridanus *incipit mergi in* Oceanum *ueſpere.*
Venter Ceti *ueſpere occultatur.*
Humerus *ſiniſter* Andromedæ *occidit chronice.*

D. XXXI.

Genus *ſiniſtrum* Gallinæ *& tota eius imago ueſpere abſconditur.*
Nodus Lini *ſeptentrionalis ueſpere occidit.*

APRILIS.

DIES I.

Iſcis aquilonarius incipit ueſpere ĩ Oceanum mergi.
p *Serpẽs Serpẽtarij ueſpe incipit aſcẽdere.*
Coxa *ſiniſtra* Herculis *crepuſculo ſurgit.*

D. II.

Cauda auſtralis quæ non eſt de ducdecim imaginibus zodiaci oritur matutino.

Principium ligamenti Piſcium uerſus aquilonem crepuſculo occidit.

Nares Serpentis Ophiuchi ueſpere ſurgunt.

D. III.

Crus ſiniſtrum Perſei matutino aſcendit.

Sura Virginis dextra ueſpere oritur.

Finis Balthei Virginis mane occidit.

Os Serpentis Serpentarij ueſpere uidetur.

Cauda Piſcis borealis ueſpere mergitur Oceano.

Scorpius matutino incipit occidere a cauda.

D. IIII.

Principium Vropygij Arietis cum ſole aſcendit.

Pes Lupi ſiniſter ãterior & nares eius mane occidũt.

Collum Andromedæ chronice occidit.

D. V.

Argonauis incipit mergi Oceano chronice.

Bracchium ſiniſtrum Cathenatæ ſero abſconditur.

Dimidium Piſcis ſeptentrionalis ueſpere occidit.

Auricula dextra Ceti & oculus eius dexter ueſpere mergitur Oceano.

D. VI.

Taurus occidit heliace.

Os auſtralis Piſcis in quo lucidũ ſidus, mane oritur.

D. VII.

Aries incipit deſcendere ueſpere.
Brachium dextrum Andromedæ ſero abſconditur.
Ramus ſeptentrionalis caudæ Ceti mane aſcendit.
Aures Serpentis Ophiuchi oriuntur ueſpere.
Pes dexter Virginis ueſpere aſcendit.

D. VIII.

Manus dextra Cathenatæ ſero occidit.
Pes ſiniſter Virginis in quo lucidum ſidus Alamos cognominatum, & tota Erigones imago ueſpere aſcendit.

D. IX.

Hœdi matutino aſcendunt.
Humerus dexter Herculis ueſpere oritur.
Brachium ſiniſtrum Aurigæ mane oritur.
Manus dextra Andromedæ ueſpere occidit.
Secũda Eridani inflexio ueſpere mergitur Oceano.

D. X.

Pes ſiniſter Virginis occidit coſmice.
Lupus matutino totus occidit.
Vropygium Arietis cum ſole aſcendit.
Angenatar Limpida in Eridano matutino occidit.
Perſeus heliace occultatur.
Limpida in fine fuſionis aquæ Aquarij oritur matutino, &

tutino, & ſic totum eius ſimulacrum exoritur.
Vẽter Piſcis aquilonarij ueſpere mergitur Oceano.
Sol ingreditur Taurum.

D. XI.

Os Piſcis Borealis ueſpere occidit, & ſic tota eius imago mergitur Oceano.
Cornu ſiniſtrum Arietis ueſpere occidit.
Totum ſimulacrum Perſei matutino exoritur a pede ſiniſtro.
Spina Serpentis Ophiuchi ueſpere oritur.

D. XII.

Pes ſiniſter poſterior Arietis ueſpere deſcendit.
Caput Meduſæ heliace occultatur.
Maxilla Ceti ueſpere occidit.

D. XIII.

Labia Arietis ueſpere occidunt.
Libra crepuſculo incipit oriri.
Nares Ceti & tota bellua ueſpere occultatur.
Coxa dextra Virginis occidit matutino.
Perſeus mane peroritur totus.

D. XIIII.

Piſcis qui non eſt de duodecim imaginibus zodiaci matutino peroritur.
Lyra incipit oriri ueſpere.
Cornu ſiniſtrum Arietis cum ſole occidit.

Piſces exoriuntur heliace.

D. XV.

Vindemiator occidit matutino.

Auricula ſiniſtra Ceti mane oritur.

Myrach Andromedæ ueſpere occultatur.

Nodus Lini uerſus auſtrum mane oritur.

Gallina ueſperi incipit apparere.

D. XVI.

Secundum internodium caudæ Scorpionis matutino occidit.

Humerus dexter Aurigæ oritur matutino.

Coxa ſiniſtra Arietis mane aſcendit.

Genu ſiniſtrum anterius Arietis ueſpere deſcendit.

Triangulus incipit occidere ueſpere.

D. XVII.

Lepus ueſpere abſconditur.

Quinta in Lino uerſus Aquilonem oritur cum ſole.

D. XVIII.

Centaurus incipit oriri ueſpere.

Cubitus ſiniſter Herculis ueſpere oritur.

Perſeus occidit heliace.

D. XIX.

Taurus incipit occidere chronice a meridionali ſectione.

Nodus Lini uerſus Aquilonem mane oritur.
Libra incipit occidere matutino.

D. XX.

Chela Scorpij auſtralis mane occidit.
Hydrus ueſpere apparet totus.
Cauda Arietis cum ſole aſcendit.

D. XXI.

Sura dextra Virginis mane occidit.
Ala dextra Vulturis cadentis ueſpere apparet.

D. XXII.

Secunda inflexio Serpentis Ophiuchi oritur ueſpere, cum manu ſiniſtra Serpentarij.
Clara in pede mali nauis Argo ueſpere occultatur.

D. XXIII.

Caput Leporis mane occultatur.

D. XXIIII.

Vergiliæ ſiue Pleiades oriuntur cum ſole, & ſic Taurus incipit oriri matutino.
Deneb Kaitos Ceti mane oritur.
Sagittarius incipit occidere matutino.
Caput Herculis ueſpere oritur.

D. XXV.

Aries totus matutino exoritur.
Dexter Tauri poples occidit chronice.
Lanx meridionalis ueſpere aſcendit.

D. XXVI.

Canis maior ueſpere incipit deſcendere.
Sextum internodium caudæ Scorpionis matutino abſconditur.
Clara in manu ſiniſtra Serpentarij chronice oritur.

D. XXVII.

Corona meridionalis matutino occidit.
Lupus ſero incipit apparere.
Triangulus totus ueſperi occultatur.
Lyræ teſtudo ueſperi uidetur.

D. XXVIII.

Vergiliæ matutino exoriuntur.
Aries totus ueſpere occidit.
Pars occulta Andromedæ ueſpere occultatur.
Primum internodiũ caudæ Scorpij occidit matutino.

D. XXIX.

Auricula dextra Leporis ueſpere occultatur.
Orion incipit occidere chronice.
Eridanus totus ueſpere occidit, & limpida Rigel *cognominata, mergitur Oceano.*

D. XXX.

Libra ueſpere apparet tota.
Humerus dexter Centauri ueſpere aſcendit.
Pes dexter Orionis, in quo limpidum ſidus Rigel *cognominatum, ueſpere deſcendit.*

DIES I.

Aput Serpentarij ueſpere oritur.

c *Tota imago Virginis matutino occidit.*

Pes ſiniſter Aurigæ mane aſcendit.

Lyra chronice deſinit oriri.

D. II.

Andromeda exoritur heliace.

Vropygium Gallinæ oritur ueſperi.

Nares Ceti coſmice oriuntur.

Palearia Tauri chronice occidunt.

D. III.

Orionis ſudariolum, quod manu ſiniſtra geſtat, ueſpere occidit.

Auriga heliace occultatur.

Centauri dorſum ueſpere apparet.

D. IIII.

Trutina occidit matutino.

Acumen caudæ Scorpij occidit matutino.

Venter Ceti oritur matutino.

Lepus ueſperi totus occultatur.

D. V.

Coxa dextra Aurigæ matutino aſcendit.

Os Ceti mane oritur.

Pes ſiniſter Cathenatæ ueſpere deſcendit.

Vergiliæ Pleiades ueſpere occidunt.

Auricula dextra Tauri mane oritur.
Coxa ſiniſtra Serpentarij ueſpere oritur.
D. VI.
Suculæ incipiunt occidere ueſpere.
Scorpius incipit aſcendere crepuſculo.
Cor eius mane occidit.
Vergiliæ omnes ueſpere occultantur.
D. VII.
Iugulæ in capulo enſis Orionis ueſpere occidunt.
Vmbilicus Tauri oritur matutino.
Lanx ſeptentrionalis Libræ mane occidit.
D. VIII.
Pes ſiniſter anterior maioris Canis crepuſculo de-
Hœdi heliace occultantur. (ſcendit.
D. IX.
Radix cornu dextri Tauri oritur matutino.
Totum Libræ ſimulacrum mane occidit.
Oculus dexter Scorpij occidit matutino.
Cingulum Orionis ueſpere occidit.
Oculus ſiniſter Scorpij & radix Chelæ meridio-
nalis ueſpere oriuntur.
D. X.
Manus tenens habenas oritur matutino.
Aldebaran clara Hyadum occidit ueſperi.
Capra heliace occultatur.

Baltheus Orionis incipit chronice occidere.
Iugulæ occidunt heliace.
Humerus dexter Ophiuchi oritur ueſpere.

D. XI.

Suculæ omnes occultantur ueſpere.
Collum Cycni ueſpere oritur.
Scorpius totus matutino occidit.
Genu ſiniſtrum Gallinæ oritur ueſpere.
Sol tranſit in Geminos.

D. XII.

Perſeus incipit occidere crepuſculo.
Humerus ſiniſter Orionis, in quo limpida Bellatrix cognominata, ueſpere deſcendit.
Sura dextra Aurigæ mane oritur.
Aries exoritur heliace.

D. XIII.

Roſtrum Cycni ueſpere oritur.
Ophiuchus incipit occidere matutino.

D. XIIII.

Auricula dextra Tauri ueſpere occidit.
Bootes incipit occidere matutino.
Sirius Canicula occidit crepuſculo.
Caput Lupi apparet ueſperi.

D. XV.

Crus dextrum Andromedæ occidit crepuſculo.

Manus ſiniſtra Orionis ueſpere occidit.
Manus dextra Centauri ueſpere aſcendit.

D. XVI.

Cor Scorpij ueſpere uidetur.
Suculæ incipiunt oriri cum ſole.
Cubitus dexter Ophiuchi ueſpere oritur.

D. XVII.

Cetus exoritur beluace.
Caput Orionis occidit crepuſculo.
Clara in Corona meridionali mane occidit.

D. XVIII.

Caput Algol ueſpere occidit.
Genu ſiniſtrum Sagittarij mane occidit.
Duæ Hyadum ſuper naribus Tauri, mane oriuntur.
Canis maior ueſpere abſconditur.
Dimidius Centaurus ueſpere oritur.
Quarta Serpentis inflexio ueſperi apparet.

D. XIX.

Aquila incipit oriri a cauda chronice.

D. XX. D. XXI.

Radix cornu ſiniſtri Tauri crepuſculo occidit.
Cornu dextrum Tauri mane oritur.
Ala ſiniſtra Cycni crepuſculo aſcendit.
Humerus dexter Orionis ueſpere occidit.

D. XXII.

Cauda Lupi ſero apparet.
Aldebaran ſiue Lāpas clara Hyadū oritur matutino
Pes dexter Ophiuchi occidit matutino.

D. XXIII.

Gemini occidunt heliace.
Tertia Serpentis inflexio ueſpere oritur.
Crus dextrum Ophiuchi ſero aſcendit.
Piſtrix mane exoritur.

D. XXIIII.

Sagittarius incipit occidere coſmice.
Eridanus oritur matutino.
Aculeus caudæ Serpentis Serpentarij crepuſculo aſcendit, & totum eius ſimulacrum exoritur.
Corona meridionalis tota mane occidit.
Manus dextra Ophiuchi ueſpere oritur.

D. XXV.

Sagitta ueſpere aſcendit.
Poples Tauri dexter oritur matutino.
Serpens Serpentarij mane incipit occidere.

D. XXVI.

Suculæ matutino exoriuntur.
Cubitus Perſei occidit crepuſculo.

D. XXVII.

Arcturus occidit matutino.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Cornu ſiniſtrum Tauri occidit ueſpere.
Genu dextrum Tauri mane exoritur.
Sagitta Sagittarij matutino incipit occidere.
Serpentarius totus ueſperi apparet.
Auriga incipit occidere chronice.

D. XXVIII.

Crus Ophiuchi dextrum occidit matutino.
Manus dextra Orionis ueſpere occidit.

D. XXIX.

Vmbilicus Sagittarij occidit matutino.
Ala ſiniſtra Aquilæ crepuſculo apparet.
Primum internodium caudæ Scorpij ueſpere occidit

D. XXX.

Nauis Argo ueſpere mergitur Oceano.
Totum Ophiuchi ſimulacrum ueſperi apparet.
Orion incipit oriri matutino.
Vmbilicus Sagittarij occidit coſmice.
Vngula Tauri oritur matutino.
Manus ſiniſtra Ophiuchi occidit mane.
Pes dexter Andromedæ cum tota imagine ueſpere occultatur.

D. XXXI.

Perſeus exoritur heliace.
Ala ſiniſtra Aquilæ ueſpere oritur.

DIES I.

Rionis ſimulacrum totum ueſpere occul-
o tatur.

Genu dextrum Ophiuchi mane occidit.

Extremum cornu dextri Tauri occidit ueſpere, & ſic eius imago deſcendit.

Pes dexter Aurigæ ueſpere occidit.

D. II.

Ala ſiniſtra Cycni oritur crepuſculo, & ſic ueſperi tota eius imago apparet.

D. III.

Alkayr limpida inter ſpatulas Aqlæ ueſpe oritur.

D. IIII.

Sagittarius incipit oriri crepuſculo.

Eridanus exoritur heliace.

D. V.

Prima inflexio Serpētis Ophiuchi oritur crepuſculo

Gemini incipiunt ueſpere occidere.

Gemini matutino incipiunt oriri.

D. VI.

Delphinus incipit oriri ueſpere.

Centaurus incipit occidere crepuſculo.

Andromeda ueſpere incipit aſcendere.

Secundum internodium caudæ Scorpij crepuſculo aſcendit.

D. VII.

Extremum Clauæ Orionis mane oritur.
Aquila uesperi tota apparet.

D. VIII.

Pes dexter poſterioris Geminorum ueſpere occidit.
Dorſum Centauri ueſperi apparet.
Pannus Orionis aſcendit matutino.

D. IX.

Hœdi exoriuntur heliace.
Cubitus ſiniſter Ophiuchi ſero deſcendit.
Pes ſiniſter anterioris Geminorũ matutino oritur.

D. X.

Cornu ſeptentrionale arcus Sagittarij occidit matutino.
Canis minor occidit heliace, & ueſpere incipit ſe abſcondere.

D. XI.

Clara in Eridano peroritur matutino.
Capra exoritur heliace.

Sol ingreditur Cancrum.
Solſtitium æſtiuale, Initium æſtatis.

D. XII.

Caput Orionis primo die ſolſtitij mane prodit.
Humerus ſiniſter Sagittarij mane occidit.
Pegaſus incipit oriri ueſpere.

Haſtile ſagittæ Sagittarÿ prope manum ſiniſtram oritur crepuſculo.

Iugulæ exoriuntur heliace.

D. XIII.

Delphin ueſperi totus apparet.

Hædi occidunt chronice.

Aures ſerpentis Serpentarÿ mane occidunt.

Humerus ſiniſter Orionis in quo limpida Bellatrix cognominata, mane oritur.

Aculeus caudæ Scorpÿ ueſpere oritur.

Caput anterioris Geminorum, in quo fixa Anelar cognominata, matutino oritur.

D. XIIII.

Prima Eridani inflexio oritur coſmice.

Os Serpentis Ophiuchi occidit matutino.

Pes dexter anterioris Geminorũ matutino aſcendit.

D. XV.

Manus ſiniſtra Sagittarÿ ueſpere oritur.

Pes ſiniſter Pegaſi ueſpere aſcendit.

Latus dextrum Perſei occidit crepuſculo.

Genu ſiniſtrũ anterioris Geminorũ ueſpere occidit.

D. XVI.

Caput Sagittarÿ ueſpere oritur.

Manus dextra Orionis matutino aſcendit.

Cubitus dexter Serpentarÿ mane deſcendit.

D. XVII.

Velamen capitis Sagittarij ueſpere oritur.
Oculus ſiniſter Sagittarij occidit matutino.
Dorſum equi Centaurij ueſpere deſcendit.

D. XVIII.

Cuſpis ſagittæ Sagittari ueſpere apparet.
Hercules incipit occidere matutino.

D. XIX.

Nodus ſcithæ Sagittarij oritur crepuſculo.
Nares ſerpentis Ophiuchi occidunt matutino.

D. XX.

Lupus ueſpere apparet totus.
Cubitus ſiniſter Aurigæ occidit matutino.
Clunes Geminorum crepuſculo occidunt.
Quartum internodiũ caudæ Scorpij ueſpere oritur.

D. XXI.

Facies Geminorum, quæ Tripus cognominatur, oritur matutino.
Auriga exoritur heliace.
Equus minor crepuſculo incipit oriri.
Humerus ſiniſter Sagittarij ueſpere aſcendit.

D. XXII.

Humerus dexter Orionis coſmice oritur.
Humerus dexter Sagittarij crepuſculo aſcendit.
Baltheus Orionis incipit oriri matutino.

Caput poſterioris Geminorum, in quo clarum ſidus Abrachaleus dictum, oritur matutino.

Iugulæ incipiunt oriri coſmice.

D. XXIII.

Humerus ſiniſter Ophiuchi occidit coſmice.

Pes ſiniſter Orionis cum eius cingulo mane oritur.

Cubitus dexter Aurigæ occidit crepuſculo.

D. XXIIII.

Ilia Geminorum occidunt ueſpere.

Latus ſiniſtrum poſterioris Geminorũ mane oritur.

Brachium ſiniſtrum Sagittarij oritur ueſperi.

D. XXV. D. XXVI.

Quadrangulum Sagittarij occidit coſmice.

Vltima inflexio ſerpentis Serpentarij mane occidit.

Clunes anterioris Geminornm mane aſcendunt.

Hydra incipit occidere crepuſculo.

Rigel clara in principio Eridani & pes dexter Orionis oritur matutino.

Nodus ſcithæ Sagittarij mane occidit.

Humerus dexter poſterioris Geminorũ, & pes eius dexter mane aſcendunt.

Crus dextrum Andromedæ ueſpere oritur.

Vltima inflexio ſerpẽtis Serpentarij occidit matut.

XXVII.

Perſeus totus occultatur ueſpere.

Corona ſeptentrionalis incipit occidere matutino.
Lyra incipit occidere crepuſculo.
Clunes equi Sagittarij matutino occidunt.
Gladius Orionis matutino aſcendit.
Quintum internodium caudæ Scorpij cum tota eius imagine ueſperi apparet.

D. XXVIII.

Humerus dexter Serpentarij mane occidit.
Oculus dexter Hydri ueſpere occidit.

D. XXIX.

Lepus incipit oriri matutino.
Capricornus incipit oriri chronice.

D. XXX.

Humerus dexter Herculis matutino occidit.
Iugulæ peroriuntur matutino.
Cancer incipit occidere crepuſculo.
Equus minor totus ueſperi apparet.

IVLIVS.

DIES I.

Ancer incipit oriri matutino.
e *Prima inflexio Hydræ occidit ueſpere.*
Brachium ſiniſtrum poſterioris Geminorum oritur matutino, & ſic tota imago peroritur.
Herculis caput occidit matutino.

D. II.

Radix cornu ſiniſtri Capricorni oritur ueſpere.
Genu dextrum Andromedæ ueſpere aſcendit.

D. III.

Os Pegaſi oritur crepuſculo.
Capra ueſpere occidit.
Humeri Geminorum occidunt chronice.
Corona ſeptentrionalis tota mane occidit.
Orion totus matutino exoritur.
Piſcis meridionalis incipit occidere.
Ophiuchi ſimulacrum occidit matutino.

D. IIII.

Armus dexter Pegaſi oritur crepuſculo.
Corona meridionalis ſero incipit oriri.
Aquarius incipit oriri crepuſculo.
Perſeus crepuſculo incipit oriri.
Cõmiſſura equi & hominis Cẽtauri ueſpere occidit.
Præſepe ſiue Meelph ſeu Nepheloides ſyſtrophe exoritur matutino.

D. V.

Leo heliace occidit.
Finis Eridani uerſus polum antarcticũ mane oritur
Fimbria ueſtis Cathenatæ ueſperi apparet.

D. VI.

Manus lyrifera Geminorum crepuſculo occidit.

Pectus Pegaſi apparet crepuſculo.

D. VII.

Sagittarius totus matutino occidit.
Oculus dexter Capricorni ueſpere oritur.

D. VIII.

Caput Aquarÿ ueſpere oritur.
Capricornus incipit occidere matutino.
Labia Capricorni crepuſculo aſcendunt.
Procyon incipit oriri matutino.

D. IX.

Præſepe ſiue nebula Cancri occidit ueſpere.
Caput poſterioris Geminorum ueſpere occidit.
Oculus ſiniſter Capricorni ueſpere oritur.
Cauda Leporis matutino aſcendit.
Genu dextrum Capricorni anterius ueſpere occidit.
Humerus dexter Aurigæ cum toto eius ſimulacro ueſpere occidit, quod habet occaſum.
Nodus Hydri prope coruum ueſpere occultatur.

D. X.

Vmbilicus Sagittarÿ oritur crepuſculo.
Nares Capricorni ueſpere oriuntur.

D. XI.

Aſinus ſeptentrionalis oritur matutino.
Manus ſiniſtra Aquarÿ ueſpere oritur.
Lupus incipit occidere crepuſculo.

Caput Bootis occidit matutino.
Aculeus caudæ ſerpentis Ophiuchi cum tota imagine matutino ſe abſcondit.

D. XII.

Caput anterioris Geminorum, in quo eſt limpida, Anelar dicta, ſiue Apollinis aſtrum, occidit crepuſculo, & totum Geminorũ ſimulacrũ occultatur.
Nebula inter aſinos oritur matutino.
Collum Capricorni oritur ueſpere.

D. XIII.

Cornu ſiniſtrum Capricorni occidit matutino.
Humerus ſiniſter Herculis mane occidit.
Sol tranſit in Leonem.

D. XIIII.

Crater incipit occidere crepuſculo.
Finis Hydri peroritur mane.
Gemini apparent heliace.
Humerus ſiniſter Aquarij ueſpere oritur.
Labia Capricorni occidunt matutino.
Oculus dexter Pegaſi ſero aſcendit.
Cauda Lupi ueſpere occidit.
Leo incipit oriri cum ſole.

D. XV.

Aſinus meridionalis oritur matutino, & ueſpere occultatur.

Eridanus totus exoritur matutino.
Lepus matutino aſcendit.
Algomeyſa in procyone mane oritur.

D. XVI.

Nebula Cancri ueſpere occidit.
Summitas ſiniſtri cornu Capricorni mane occidit.
Cingulus Perſei ueſpere apparet.

D. XVII.

Pectus Herculis occidit matutino.

D. XVIII.

Canis maior incipit matutino aſcendere.
Aſinus ſeptentrionalis ueſpere deſcendit.
Dorſum Capricorni crepuſculo uidetur.
Canis maior exoritur heliace.

D. XIX.

Vmbilicus Andromedæ ueſpere apparet.
Os Leonis oritur cum Sole.
Venter Capricorni occidit matutino.
Auricula dextra Canis maioris mane oritur.

D. XX.

Auris ſiniſtra Leonis oritur matutino.
Claua inflammati ueſpere oritur.
Brachium ſiniſtrum Aquarij oritur crepuſculo.
Pes dexter Herculis occidit coſmice.
Ceruix Leonis oritur cum Sole.

D. XXI. D. XXII.

Dimidius Capricornus occidit matutino.
Maxilla ſiniſtra Leonis coſmice oritur.
Humerus dexter Aquarÿ crepuſculo oritur.
Canicula ſiue Allahabor ſeu Aſcher mane oritur, & dicitur Sirius ardens in ore Canis maioris.

D. XXIII.

Leo incipit occidere crepuſculo.
Ala dextra Pegaſi ueſpere uidetur.
Aquila incipit occidere crepuſculo.

D. XXIIII.

Aquarius incipit occidere matutino.
Auſtralis Chela Cancri coſmice oritur.
Caput Andromedæ crepuſculo apparet.

D. XXV.

Manus ſiniſtra Aquarÿ ueſpere oritur.
Hydra incipit oriri matutino.
Pes ſiniſter anterior Leonis ueſpere occidit.

D. XXVI.

Manus dextra Aquarÿ crepuſculo aſcendit.
Commiſſura Capricorni occidit matutino.
Ala dextra Aquilæ occidit diluculo.

D. XXVII.

Genu dextrum anterius Capricorni oritur ſero.
Genu ſiniſtrum Sagittarÿ oritur crepuſculo.

Limpida in corona meridionali ueſpere oritur.

D. XXVIII.

Finis fuſionis aquæ Aquarij *ocidit coſmice.*
Clara in ore Piſcis *meridionalis ocidit matutino.*
Pars oculta Andromedæ *ſero aſcendit.*
Iuba Leonis *prope ceruicem oritur mane.*
Humerus *ſiniſter* Capricorni *oritur crepuſculo.*

D. XXIX.

Caput Hydræ *oritur matutino.*
Cancer totus exoritur diluculo.
Limpida *in cauda* Capricorni,*Deneb* Algyedi *cognominata ocidit crepuſculo.*
Sagittarius ueſperi totus apparet.

D. XXX.

Coxa ſiniſtra Herculis *ocidit matutino.*
Pes dexter anterior Leonis *mane oritur.*
Vltimus Phœbo *locus coſmice ocidit.*
Sagitta cadit matutino.
Ara ueſperi uidetur.

D. XXXI.

Genu dextrum anterius Leonis *mane oritur.*
R*oſtrum* Corui *ueſpere ocidit.*
Schedex inter duas ſpatulas cathenatæ oritur ſero.

DIES I.

Vba Leonis cum Sole peroritur.

i *Nodus caudæ Capricorni oritur crepuſculo.*

Humerus ſiniſter Centauri ueſpere occidit.

D. II.

Pes ſiniſter anterior Leonis mane oritur.

Sertum meridianum ſero uidetur totum.

D. III.

Vrna Aquarij ueſpere apparet.

Humerus ſiniſter Aquarij occidit matutino.

Spatula ſiniſtra cathenatæ ueſpere oritur.

Ilium dextrum Perſei crepuſculo aſcendit.

D. IIII.

Aquila matutino ſe abſcondit.

Nates ſiniſtra Aquarij occidit matutino.

D. V.

Delphin matutino incipit occidere a cauda.

Cancer totus deſcendit in oceanum.

Piſcis, qui eſt de duodecim imaginibus zodiaci incipit ueſpere aſcendere.

D. VI.

Cauda Lupi oritur matutino.

Nauis Argo incipit oriri diluculo.

Sagitta matutino cadit tota.

Rex cor Leonis oritur cum Sole.
Cor Leonis cum Sole occidit.

D. VII.

Lyra incipit occidere matutino.
Venter Capricorni ueſpere oritur.
Cancer exoritur heliace.
Coxa dextra maioris Canis oritur matutino.

D. VIII.

Capricornus ſero totus apparet.
Dexter cubitus Perſei ueſpere oritur.
Lyræ deuexum occidit coſmice.

D. IX.

Vultur uolans incipit occidere matutino.
Anſa urcei ſeptentrionalis ueſpere occidit, & ſic totus deſcendit.
Equus minor occidit matutino.
Os Leonis ueſpere occidit.

D. X.

Capricornus incipit occidere coſmice.
Genu dextrum Perſei oritur crepuſculo.
Aquarij pyga ueſperi apparet.

D. XI.

Venter Piſcis zodiaci ueſpere oritur.
Limpida in dorſo Leonis oritur matutino.
Humerus Centauri dexter ueſpere occidit.

Auricula dextra Aquarij occidit matutino.

D. XII.

Pes dexter Corui ueſpere occidit.

Os Piſcis meridionalis crepuſculo oritur.

Brachium ſiniſtrum cathenatæ oritur ſero.

Virgo occidit heliace.

Vrna Aquarij occidit coſmice.

Prima inflexio Hydræ oritur matutino.

D. XIII.

Leonis nares ueſpere occidunt.

Equus minor matutino deſinit occidere.

Delphin totus mane mergitur in oceanum.

Oculus dexter Gallinæ occidit matutino.

D. XIIII.

Temon Nauis matutino apparet.

Roſtrum uulturis cadentis occidit matutino.

Sura dextra Aquarij occidit coſmice.

Sol ingreditur Virginem.

D. XV.

Humerus dexter Aquarij occidit matutino.

D. XVI.

Leonis ilium ſiniſtrum oritur matutino.

Pes dexter Lupi poſterior occidit ueſpere.

D. XVII.

Pegaſus incipit occidere matutino.

Principium fuſionis aquæ oritur chronice.

D. XVIII.

Ala dextra Pegaſi ueſpere apparet.

Maxilla ſiniſtra Leonis occidit crepuſculo.

D. XIX.

Caput Andromedæ cum toto eius ſimulacro ueſpe-re oritur.

Principiũ fuſionis aquæ Aquarij cum palma dextra occidit matutino.

Manus dextra Centauri ſero deſcendit.

D. XX.

Nates ſiniſtra Aquarij crepuſculo oritur.

Ala dextra uulturis cadentis mane occidit.

Coxa dextra Perſei ſero apparet.

Coxa ſiniſtra Leonis matutino aſcendit.

D. XXI.

Lyra deſinit occidere matutino.

Coruus ſero occidit totus.

Piſcis Aquilonarij ortus ueſpertinus.

D. XXII.

Aquarius totus cum aqua matutino occidit.

Cauda Leonis in qua fulgida oritur matutino.

Pes dexter poſterior Leonis occidit ueſpere.

D. XXIII.

Triangulus ueſpere uidetur.

Venter Piſcis ſeptentrionalis ueſpere oritur.
Genu ſiniſtrum poſterius Leonis oritur cum Sole.

D. XXIIII.

Antennæ Nauis diluculo aſcendunt.

D. XXV.

Caput Centauri occidit crepuſculo.
Dimidius Leo ueſpere deſcendit.
Dimidium Piſcis Aquilonarij oritur ſero.

D. XXVI.

Caput Algol ſero incipit oriri.
Bootes incipit matutino aſcendere.

D. XXVII.

Virgo incipit oriri matutino.
Hercules incipit aſcendere coſmice.

D. XXVIII.

Ara occidit crepuſculo.
Piſcis qui eſt in æquinoctiali incipit occidere coſmice (ab ore.

D. XXIX.

Summitas alæ ſiniſtræ Gallinæ occidit matutino.
Pes mali Nauis Argo mane oritur.
Spina Piſcis ſeptentrionalis oritur crepuſculo.

D. XXX.

Crus ſiniſtrum Herculis mane occidit.
Principium Lini uerſus auſtrum cum toto eius auſtrali ſimulacro ueſpere oritur.

AVGVSTVS.

Secunda inflexio Hydræ mane aſcendit.
Oculus ſiniſter Piſcis auſtralis occidit coſmice.

D. XXXI.

Collum Pegaſi cum talo eius ſiniſtro mane occidit.
Os Virginis diluculo apparet.
Radix caudæ Hydræ occidit chronice.
Leo peroritur cum Sole a pede dextro poſteriori.
Ceruix Leonis occidit crepuſculo.

SEPTEMBER.

DIES I.

Oxa dextra Aquarij oritur ueſperi
c. *Virgo incipit occidere crepuſculo.*
Cetus incipit occidere matutino.
Ala ſiniſtra Virginis oritur coſmice.

D. II.

Dimidium Hydræ oritur coſmice.

D. III.

Caput Algol ſero totum apparet.
Cauda Hydri crepuſculo occidit, & ſic totum eius ſimulacrum ſe abſcondit.
Triangulus ueſperi totus uidetur.

D. IIII.

Argo Nauis puppis oritur coſmice.
Pes dexter Herculis matutino aſcendit.

Eridanus

Eridanus matutino incipit occidere a limpida quæ eſt ſub uentre Ceti.

D. V.

Genu dextrum Aquarij oritur crepuſculo.

D. VI.

Coxa ſiniſtra Perſei ſero apparet.

Dimidius Piſcis auſtrinus occidit matutino.

Ala dextra Pegaſi occidit coſmice.

Coxa ſiniſtra Leonis ueſpere deſcendit.

D. VII.

Crater incipit oriri matutino.

Dorſum Lupi occidit crepuſculo.

D. VIII.

Centaurus ueſperi occidit totus.

Baſis Vrcei oritur matutino.

D. IX.

Caput Virginis occidit crepuſculo.

Vindemitor oritur matutino.

D. X.

Alæ ſiniſtræ Virginis cōmiſſura mane aſcendit.

Pectus Pegaſi occidit matutino.

D. XI.

Cauda Piſcis auſtrini occidit coſmice.

D. XII.

Cauda Piſcis ſeptentrionalis crepuſculo oritur.

D. XIII.

Communis Hydro *&* Crateri *oritur matutino.*
Pes dexter Pegaſi *occidit matutino.*

Aequinoctium autumnale.

D. XIIII.

Balteus Virginis *incipit oriri matutino.*
Prora Argonauis *exoritur matutino. reliquæ uero partes ſunt nobis ſempiternæ occultationis.*

D. XV.

Principium Lini *uerſus auſtrum occidit matutino.*
Talus Herculis *ſiniſter mane aſcendit.*

D. XVI.

Leo exoritur heliace.
Armi dextri Pegaſi *matutinus occaſus.*
Vropygium Gallinæ *occidit mane.*
Cauda Ceti *in qua* Denebkaytos *occidit matutino.*
Pes Cigni *dexter occidit coſmice.*

D. XVII.

Arcturus matutino oritur.
Auris dextra Virginis *ueſpere occidit.*

D. XVIII.

Principium Lini *uerſus caua[illegible]n* Piſcis *ſeptentrionalis oritur crepuſculo.*

D. XIX.

Aries ueſpere incipit apparere.

D. XX.

Coruus incipit oriri matutino ab ala dextra, in qua eſt ſydus Algorab *cognominatum.*

Fulgida in extremo dorſo Leonis *ſero deſcendit.*

Pes dexter Perſei *crepuſculo apparet.*

D. XXI.

Auriga ueſperi incipit oriri.

Cornu dextrum Arietis *oritur crepuſculo.*

Capra ueſpere apparet.

D. XXII.

Corona ſeptentrionalis oritur matutino.

D. XXIIII.

Baltheus Virginis *occidit ueſpere.*

Ala ſiniſtra Corui *oritur matutino*

Os Virginis *crepuſculo deſcendit.*

D. XXIIII.

Prima in Lino *uerſus auſtrum ſero apparet.*

Nares Herculis *matutino oriuntur.*

D. XXV.

Cauda Leonis *& totum eius ſimulacrum occidit crepuſculo.*

Spica Azimon *cognominata occidit chronice.*

Communis Hydro *&* Corui *roſtro mane oritur.*

D. XXVI.

Arietis nares ueſpere apparent.

SEPTEMBER.

Bootes matutino exoritur a pede dextro.

Limpida in Corona ſeptentrionali Malphelchare cognominata oritur matutino.

D. XXVII.

Dimidia imago Virginis ueſpere occidit.

Pes dexter inflammati oritur matutino.

D. XXVIII.

Coruus matutino exoritur totus.

D. XXIX,

Cetus incipit oriri chronice a cauda.

Dimidium Piſcis auſtralis ueſpere apparet.

D. XXX.

Pegaſus matutino totus occidit.

Cubitus ſiniſter Aurigæ oritur crepuſculo.

OCTOBER.

DIES I.

ſ *Pica in manu ſiniſtra Virginis oritur matutino.*

Caput Andromedæ occidit matutino.

Labia Arietis oriuntur crepuſculo.

Nodus Lini uerſus auſtrum occidit matutino.

D. II.

Corona ſeptentrionalis tota peroritur mane.

Penultimus nodus Hydræ matutino aſcendit.

D. III.

Nodus Lini uerſus aquilonem occidit matutino.

Cubitus ſiniſter Andromedæ mane occidit.

D. IIII.

Principium Eridani uerſusCetum occidit matutino.

Gallina mane ſe abſcondit.

Genu ſiniſtrum Virginis oritur matutino.

Venter Ceti occidit coſmice.

D. V.

Coxa ſiniſtra Herculis mane oritur.

Brachium ſiniſtrum Cathenatæ mane occidit.

Serpens Serpentarij incipit aſcendere matutino.

Piſcis aquilonaris mane occidere incipit.

D. VI.

Ara occidit heliace.

Principium Lini uerſus aquilonē occidit matutino.

Cauda Piſcis qui non eſt de duodecim imaginibus zodiaci ueſpere apparet.

Nares ſerpentis Ophiuchi mane aſcendunt.

Libra occidit heliace.

Sura dextra Virginis oritur matutino.

D. VII.

Caput ſerpentis qui Ophiuchum incingit matutino oritur.

Cingulus Virginis ueſpere deſinit occidere.

D. VIII.

Scorpius ueſpere incipit occidere.
Schedex in Andromeda occidit matutino.
Pes Lupi ſiniſter anterior & nares eius ſero occidūt
Dorſum Arietis crepuſculo aſcendit.

D. IX.

Nauis Argo incipit occidere matutino.
Serpens Ophiuchi occidit heliace.
Os Ceti occidit matutino.

D. X.

Oculus dexter Ceti occidit coſmice.
Brachium ſiniſtrum Cathenatæ mane occidit.
Aures ſerpentis Ophiuchi matutino oriuntur.

D. XI.

Aries incipit occidere matutino.
Pes Virginis dexter matutino aſcendit.
Os Piſcis auſtralis qui non eſt de duodecim imaginibus zodiaci ueſpere apparet.

D. XII.

Manus dextra Andromedæ occidit coſmice.
Prima inflexio ſerpentis Ophiuchi mane oritur.
Pes ſiniſter Virginis ī quo Limpida Alamos cognominata cum tota eius imagine exoritur matutino.
Lucida in fine fuſionis aquæ cum Aquarij ſimulacro ueſperi apparet.

D. XIII.

Hœdi crepuſculo aſcendunt.
Pes ſiniſter Virginis occidit crepuſculo.
Radix caudæ Arietis ueſpere oritur.
Lupus ueſpere ſe abſcondit.
Angenathar in Eridano occidit matutino.
Humerus Herculis dexter mane aſcendit.
Sol in Scorpionem ingreditur.

D. XIIII. D. XV.

Piſcis ſeptentrionalis matutino occidit.
Spina ſerpentis Ophiuchi mane aſcendit.
Perſeus ſero totus apparet.
Cauda Ceti occidit matutino.
Pes ſiniſter anterior Arietis mane occidit.

D. XVI.

Libra incipit oriri cum Sole.
Cetus matutino mergitur in oceanum.
Coxa ſiniſtra Virginis ueſpere occidit.
Labia Arietis occidunt matutino.
Tota imago Piſcis meridionalis ueſpere apparet.

D. XVII.

Lyra matutino incipit oriri.
Quintum internodium Scorpij ſero occidit.
Cornu dextrum Arietis occidit matutino.

D. XVIII.

Cygnus incipit oriri matutino, quoniam ala eius dextra apud nos eſt ſempiternæ apparitionis.

Vindemitor occidit crepuſculo.

Humerus ſiniſter Herculis *aſcendit matutino.*

Vmbilicus Cathenatæ *mane occidit.*

D. XIX.

Lupus occidit heliace.

Nodus Lini *uerſus auſtrum crepuſculo aſcendit.*

Secũdum internodiũ caudæ Scorpionis *ueſpe occidit*

Coxa ſiniſtra Arietis *oritur ueſpere.*

Humerus dexter Aurigæ *crepuſculo aſcendit.*

D. XX.

Lanx meridionalis cum Sole aſcendit.

Triangulus incipit occidere matutino.

Lepus mane occultatur.

D. XXI.

Centaurus incipit matutino aſcendere.

Cubitus ſiniſter Herculis *oritur matutino.*

Lanx ſeptentrionalis cum Sole oritur.

Nodus Lini *uerſus aquilonem ſero apparet.*

D. XXII.

Hydræ ſimulacrum matutino aſcendit.

Radix caudæ Arietis *ſero oritur.*

Taurus incipit occidere matutino.

Libra

Libra incipit occidere crepuſculo.

D. XXIII.

Pes dexter Gallinæ oritur matutino.
Collum Ceti ueſpere oritur.

D. XXIIII.

Cornu Lyræ dextrum coſmice oritur.
Scorpius occidit heliace.
Chela auſtralis Scorpÿ ueſpere occidit.
Sura dextra Virginis crepuſculo occidit.

D. XXV.

Secunda inflexio ſerpentis Ophiuchi prope manum ſiniſtram oritur matutino.
Nodus Lini cum Piſcibus ueſperi apparent.

D. XXVI.

Denebkaytos in cauda Ceti ueſpere apparet.
Sagittarius incipit occidere crepuſculo.
Caput Herculis & tota eius imago mane oritur.
Extremum caudæ Arietis ueſpere apparet.
Taurus ueſpere incipit aſcendere.
Serpentarius incipit oriri matutino.

D. XXVII.

Vergiliæ pleiades crepuſculo oriuntur.

D. XXVIII.

Caput Leporis occidit matutino.
Poples Tauri dexter mane occidit.

OCTOBER.

D. XXIX.

Corona meridionalis ſero incipit occidere.
Manus ſiniſtra Serpentarij oritur matutino.
Oculus dexter Ceti ueſpere uidetur.

D. XXX.

Canis incipit occidere matutino.
Sextum internodium Scorpij ueſpere occidit.
Triangulus totus matutino deſcendit.

D. XXXI.

Lupus incipit oriri matutino.
Aries totus mane occultatur.
Primum internodium caudæ Scorpij ſero occidit.
Vergiliæ omnes ueſpere apparent.
Teſtudo Lyræ mane oritur.

NOVEMBER.

DIES I.

R ion incipit occidere coſmice.
Auricula dextra Leporis mane occidit.
Eridanus totus matutino defluit in oceanū

D. II.

Rygel in pede dextro Orionis occidit matutino.
Genu dextrum Tauri mane deſcendit.
Humerus dexter Centauri mane aſcendit.
Libra exoritur cum Sole.

D. III.

Lyræ ſimulacrum matutino peroritur totum.
Caput Ophiuchi mane aſcendit.
Virgo tota ueſperi occultatur.
Pes ſiniſter Aurigæ crepuſculo aſcendit.

D. IIII.

Nares Ceti in quibus Limpida Menchar cognominata ueſpere oriuntur.
Palearia Tauri mane deſcendunt.
Vropygium Gallinæ ſiue Arryoph ſeu Addigege oritur matutino.

D. V.

Brachium dextrum Aurigæ ſero apparet.
Principium ſudarioli Orionis mane occidit.
Dorſum Centauri oritur matutino.

D. VI.

Acumen caudæ Scorpij ueſpere occidit.
Coxa dextra Aurigæ chronice oritur.
Bathenchaythos uenter Ceti ſero apparet.
Trutina occidit crepuſculo.

D. VII.

Vergiliæ ſiue Pleiades occidunt matutino.
Coxa dextra Ophiuchi mane aſcendit.
Pes ſiniſter Andromedæ matutino deſcendit.
Imago Leporis matutino ſe abſcondit.

Limpida ſub puppi Nauis occidit matutino.

D. VIII.

Scorpius incipit occidere coſmice.
Auricula dextra Tauri ueſpere oritur.
Suculæ incipiunt occidere matutino.
Vergiliæ deſinunt occidere matutino.
Cor Scorpij ueſpere occidit, quod dicitur Antharis ſiue Calbalhacrab.

D. IX.

Iugulæ in capulo enſis Orionis ſero occidunt.
Vmbilicus Tauri ueſpere oritur.
Lanx ſeptentrionalis occidit crepuſculo.

D. X.

Radix cornu dextri Tauri oritur ueſpere.
Finis dorſi Centauri equi oritur matutino.
Oculus dexter Scorpij occidit crepuſculo.
Pes ſiniſter anterior maioris Canis mane occidit.
Fimbria ueſtis Andromedæ ueſpere occidit.

D. XI.

Libra ueſperi tota occultatur.
Chela meridionalis Scorpij mane aſcendit.
Cingulus Orionis incipit occidere matutino.
Oculus ſiniſter Scorpij mane oritur.
Pes ſiniſter Ophiuchi aſcendit matutino.

D. XII.

Manus Aurigæ retinens habenas oritur ſero.
Aldebaran clara Hyadum mane occidit, & ſic omnes ſuculæ.
Serpentarius occidit heliace.
Pectus oritur ueſpere.
Humerus dexter Ophiüchi mane oritur.
Finis cinguli Orionis occidit matutino.
Chela dextra Scorpij occidit crepuſculo.
Genu ſiniſtrum Gallinæ oritur matutino.
Sol tranſitum facit in Sagittarium.

D. XIII.

Chela auſtralis Scorpij oritur matutino.
Humerus ſiniſter Orionis ĩ quo Limpida Bellatrix cognominata occidit coſmice.
Caput Algol incipit occidere matutino.

D. XIIII.

Serpentarius incipit ſero occidere.
Roſtrum Gallinæ in quo Albireo mane oritur.

D. XV.

Lucidum ſydus in ore Canis maioris mane occidit.
Inflammatus ueſpere incipit occidere.
Auricula dextra Tauri matutino deſcendit.

D. XVI.

Manus ſiniſtra Orionis occidit matutino.

Pes ſiniſter Gallinæ mane aſcendit.
Manus dextra Centauri òritur matutino.
Oculus ſiniſter Lupi matutino aſcendit.

D. XVII.

Oculus dexter Tauri ĩ quo una Hyadũ oritur ſero.
Cor Scorpij oritur matutino.
Crus dextrum Andromedæ mane occidit.

D. XVIII.

Caput Orionis occidit matutino.
Caput Algol deſinit occidere coſmice.
Caput Lupi matutino aſcendit.
Clara in corona meridionali ueſpere occidit.

D. XIX.

Canis maior totus occidit matutino.
Dimidium Cẽtauri mane oritur, reliquæ uero partes eius apud nos ſunt ſempiternæ occultationis.
Genu ſiniſtrum Sagittarij ueſpere deſcendit.
Nares Tauri ubi ſunt duæ ſuculæ ueſpere oriũtur.

D. XX.

Cauda Lupi oritur matutino.
Pes dexter Aurigæ & tota eius imago ſero apparet.
Ala ſiniſtra Gallinæ mane aſcendit.
Humerus dexter Orionis occidit matutino.
Eridanus crepuſculo incipit oriri.
Aquila incipit oriri matutino a cauda in qua clarum

ſydus Antinous dictum.

D. XXI.

Libra exoritur heliace.

Dorſum Scorpionis.

Aldebaran clara Hyadum oritur ueſpere.

Sagittarius occidit heliace.

Lupus exoritur heliace.

Pes dexter Serpentarij ueſpere occidit.

Tertia inflexio ſerpentis Ophiuchi mane oritur.

D. XXII.

Crus dextrum Ophiuchi oritur matutino.

Sagittarius ueſpere incipit occidere a parte auſtraliore ſui arcus.

D. XXIII.

Sagitta matutino incipit oriri.

Eridanus ueſpere incipit apparere.

Tota imago Ceti crepuſculo aſcendit.

Genu dextrum Tauri ueſpere oritur.

Manus dextra Ophiuchi cum pede dextro matutino aſcendunt.

Corona meridionalis tota ueſpere occultatur.

Suculæ omnes ueſpere uidentur.

D. XXIIII.

Cauda ſerpentis qui Ophiuchum incingit mane oritur cum tota eius imagine.

NOVEMBER.

Cornu ſiniſtrum Tauri occidit matutino.
Serpens Serpentarij incipit ſero occidere.

D. XXV.

Corona meridionalis occidit heliace.
Cubitus ſiniſter Perſei mane occidit.
Arcturus occidit ueſpere.
Poples Tauri lapſus crepuſculo aſcendit.

D. XXVI.

Sagitta Sagittarij ueſpere cadit.
Sagitta tota matutino exoritur.
Crus dextrum Serpentary ueſpere deſcendit.

D. XXVII.

Auriga incipit occidere matutino.
Ophiuchi imago matutino tota peroritur.
Genu Lupi ſiniſtrum mane aſcendit.

D. XXVIII.

Manus dextra Orionis occidit coſmice.
Coxa ſiniſtra Serpentarij crepuſculo occidit.

D. XXIX.

Orion ueſpere incipit apparere.
Hyed in manu ſiniſtra Serpentarij ueſpere occidit.
Vmbilicus Sagittarij ſero deſcendit.

D. XXX.

Nauis argo matutino mergitur in oceanum.
Manus ſiniſtra Sagittary ueſpere occidit.

Primum

Primũ internodiũ caudæ Scorpij matutino aſcendit.

DECEMBER.

DIES I.

La ſiniſtra Aquilæ oritur matutino.

Andromeda matutino ſe abſcondit.

D. II.

Vngula Tauri cum poplite.

Taurus totus mane occidit a cornu dextro in quo eſt ſtella communis ei & pedi Aurigæ.

Genu dextrum Ophiuchi ſero deſcendit.

Claua Orionis cum tota eius imagine occidit matut.

Ima cornu ſiniſtri Tauri ueſpere apparet cum toto eius ſimulacro.

D. III.

Gallina, Vultur uolans, Cygnus mane exoritur.

Alkayr Eridani inter ſpatulas Aquilæ oritur mat.

D. IIII.

Dorſum Centauri matutino aſcendit.

Finis Eridani uerſus polum antarcticum oritur crepuſculo.

D. V.

Sagittarius incipit oriri matutino.

Secundum internodium caudæ Scorpionis mane aſcendit.

Collum ſerpentis Serpentarij ueſpere occidit.

D. VI.

Gemini incipiunt occidere matutino.
Collum Aquilæ oritur matutino.
Gemini crepuſculo incipiunt apparere.

D. VII.

Delphinus incipit oriri matutino.
Andromeda diluculo incipit aſcendere.
Summitas clauæ Orionis ueſpere apparet.

D. VIII.

Centaurus incipit occidere matutino.
Aquila mane a roſtro exoritur.

D. IX.

Pes dexter anterioris Geminorum mane occidit.
Sudariolum Orionis ueſpere oritur.
Tertia ſerpentis inflexio Ophiuchi ſero occidit.
Centauri ſimulacrum matutino apparet.

D. X.

Pes ſiniſter anterioris Geminorum mane occidit.
Cubitus ſiniſter Serpentarij ueſpere occidit.
Pes dexter Andromedæ matutino aſcendit.

D. XI.

Canis minor incipit occidere matutino.
Cornu arcus ſeptentrionale Sagittarij crepuſculo occidit.

Serpentarius exoritur heliace.

D. XII.

Angenathar in Eridano ueſpere oritur.

Genu ſiniſtrum anterioris Geminorum crepuſculo oritur.

Brachium Lyriferum Geminorum ueſpere aſcẽdit.

Tertiũ internodiũ caudæ Scorpionis oritur matutĩo Solſtitium hyemale.

D. XIII.

Haſtile Sagittæ prope manum ſiniſtram Sagittarij oritur matutino.

Caput Orionis ueſpere oritur.

Fulgida in minori Cane ocidit matutino.

Humerus ſiniſter Sagittarij ueſpere ocidit.

Canis minor totus ſe abſcondit.

D. XIIII.

Aculeus caudæ Scorpionis matutino aſcendit.

Delphinus a cauda exoritur matutino.

Caput anterioris Geminorum oritur ſero.

Hædi ocidunt matutino.

Venter Sagittarij crepuſculo ocidit.

Aures ſerpentis Ophiuchi ueſpere.

Humerus ſiniſter Orionis crepuſculo aſcendit.

Coxa dextra poſterioris Geminorum matutino deſcendit.

Ara exoritur heliace.

Frons Sagittarij oritur matutino.

D. XV.

Prima Eridani inflexio ueſpere oritur.

Pes dexter anterioris Geminorum oritur ſero.

Os ſerpentis Serpentarij occidit crepuſculo.

Cubitus dexter Ophiuchi ueſpere deſcendit.

D. XVI.

Clarū ſydus ī latere dextro Perſei occidit matutino.

Genu ſiniſtrum anterioris Geminorū mane occidit.

Manus ſiniſtra Sagittarij mane aſcendit.

Pes ſiniſter Pegaſi oritur matutino.

D. XVII.

Sagitta occidit heliace.

Manus dextra Orionis crepuſculo apparet.

Caput Sagittarij oritur matutino.

Scorpius oritur heliace.

D. XVIII.

Dorſum equi Centauri occidit matutino.

Clara inter ſpatulas anterioris Geminorum oritur ſero.

Oculus ſiniſter ſagittarij ueſpere occidit.

Hercules incipit crepuſculo occidere.

Nodus uelaminis capitis Sagittarij mane oritur.

Frons Sagittarij ueſpere occidit.

D. xix.

D. XIX.

Aquila occidit heliace.
Cubitus ſiniſter Aurigæ occidit matutino.
Lupus matutino apparet.
Armus ſiniſter Sagittarij mane aſcendit.

D. XX.

Pes dexter poſterioris Geminorum ueſpere aſcēdit.
Facies Tripi crepuſculo apparet.
Humerus dexter anterioris Geminorum ueſpere oritur.
Humerus dexter Sagittarij mane oritur.

D. XXI.

Clunes anterioris Geminorum mane occidunt.
Humerus dexter Orionis oritur crepuſculo.
Equus minor incipit oriri matutino.

D. XXII.

Cingulus Orionis incipit ueſpere oriri.
Caput poſterioris Geminorum crepuſculo aſcendit.
Genu ſiniſtrum Pegaſi oritur matutino.
Iugulæ ueſpere apparent.

D. XXIII.

Cubitus dexter Aurigæ occidit matutino.
Pes ſiniſter Orionis cum eius cingulo ueſpe apparēt.
Latus ſiniſtrum poſterioris Geminorum oritur crepuſculo.

DECEMBER.

D. XXIIII.

Pes dexter Orionis ueſpere aſcendit.
Rygel Algebar in Eridano ueſpere oritur.
Brachium ſiniſtrum Sagittarij mane aſcendit.

D. XXV.

Hydra incipit occidere matutino.
Piſcis auſtralis occidit heliace.
Humerus dexter poſterioris Geminorum oritur crepuſculo.
Crus dextrum Andromedæ mane oritur.

D. XXVI.

Nares Hydræ matutino non apparent.
Gladius Orionis exoritur ueſpere.
Finis ſcitæ Sagittarij mane aſcendit.
Corona ſeptentrionalis ſero incipit occidere.
Humerus dexter Sagittarij ueſpere occidit.

D. XXVII.

Capricornus occidit heliace.
Oculus dexter Hydri matutino ſe abſcondit.
Totus Scorpius matutino exoritur.
Humerus dexter Ophiuchi cum ultima ſerpentis inflexione crepuſculo occidit.

D. XXVIII.

Capricornus matutino incipit aſcendere.
Iugulæ exoriuntur crepuſculo.

Lepus incipit apparere crepuſculo.

D. XXIX.

Cancer matutino incipit occidere.

Humerus dexter Herculis *ueſpere occidit.*

Equus minor matutino exoritur.

D. XXX.

Aquarius occidit heliace.

Brachium dextrum poſterioris Geminorum *ueſpere oritur.*

Auricula ſiniſtra Leporis *ueſpere oritur.*

Alpharth in inflexione colli Hydræ *occidit matutino.*

Caput Herculis *ĩ quo* Limpida *Raſdalgyethi dicta occidit crepuſculo.*

Gemini ſero apparent.

D. XXXI.

Cancer incipit apparere crepuſculo.

Radix cornu ſiniſtri Capricorni oritur matutino.

Genu dextrum Andromedæ *mane oritur.*

DE ORTV ET OCCASV IMAGINVM SECVNDVM ASTRONOMOS LIBER SECVNDVS.

PRIMA IMAGO.

G. M.

Rſa minor, Arctos, Cynoſura. quæ ſecundum noſtrum ſitum tota apparet, habet caput ad occidentē, uētrem uero uerſus zodiaci polū, ſed in prioribus caudæ ſtellis unam, a qua polus arcticus appellatur, per quem ipſe mundus exiſtimatur uerſari, & ſunt numero ſeptem, inter quas duæ clare lucentes, quæ omnes Saturni qualitatem habent, aliquantulum etiam Venereæ ſimilitudinis. Et quoniam non oritur, nec occidit, incipit mediare cœlum a collo orientibus Aquarij. 20 30

Deſinit mediare cœlum a cauda in qua lucida Alrukaba ſiue ſtella maris cognominata orietibus Cancri. 25 4

SECVNDA IMAGO.

Arctos, Plauſtrū, Vrſa maior, Helice, habet caput ī extremo circulo, ita tamē ut ad caudā minoris Vrſæ contendat, & extremum caudæ Draconis attingere uideatur.

uideatur. Vtraſq; Arctos Septentriones antiqui dixere. & ſunt totius imaginis ſtellæ numero XXX *inter quas ſeptem claræ lucẽtes, omnes naturæ Martis, præter eborum ſtellarum, qui eſt ſub huius cauda, Lunæ, Veneriſq; qualitatibus, perſimilis eſt. quæ ita collocatæ ſunt, ut nec oriri, nec occidere uideãtur.*

Hæc incipit mediare cœlum orientibus Libræ. 19 10

Deſinit mediare cœlum a cauda i qua Limpida Be-*nenayn appellata oriente Sagittarij.* 27

TERTIA IMAGO.

Serpẽs, Draco, Anguis, heſperidum cuſtos, hic inter duas Arctos *poſitus in modum fluminis ſinuoſis flexibus ſuo uaſto corpore labitur capite tanquam reducto pedem ſiniſtrum* Herculis *attingens. hic habet ſtellas* XXXI, *quæ* Martiæ, Saturniæq; *efficaciæ ſunt, dirigit caudam ad orientem, caput ad occidentem, ortum non habet, & neſcit occaſum, & facit tres nodos reflexionum circa polum zodiaci.*

Incipit mediare cœlum a cauda oriente Scorpionis. 25

Deſinit mediare cœlum a ſecundo nodo uerſus Cepheum orientibus Tauri. 23 6

QVARTA IMAGO.

Cepheus in circulo arctico includitur præter humeros, & caput nõ longe a ſecũdo inflexu Draconis *clunes & pedem dextrum habens.* Qui *nec oriri, nec*

occidere uidetur. Sed incipit mediare cœlum a cubitu ſiniſtro aſcendentibus Tauri. 30 10

Humerus dexter Cephei in quo Limpida Alderamyn cognominata orientibus Geminorum. 11

Deſinit mediare cœlum a talo ſiniſtro pedis orientibus Cancri. 15 30

Hic a Babylonijs Phycares dicitur, & habet ſtellas XI, quæ ſunt, iouiæ, itemq; ſaturniæ, martiaeq; naturæ.

Ortus quintæ imaginis.

Bootes, Arctophylax, inflammatur, incipit oriri a capite & humero ſiniſtro orientibus Virginis. 12 30

Rutila fulgens cui nomen Arcturo, Chaldaice Azimech Arramech oritur aſcendentibus Libræ. 3 40

Deſinit oriri a pede dextro oriente Libræ. 12

hic uidetur collocatus poſt tergũ maioris Vrſæ, cuius manus ſiniſtra ita ſe habet, ut apud nos nec oriatur, neq; occidat, pedes dirigit ſuper Virginem, hinc inde brachia extendens, caput ſub pede dextro Herculis, manu ſiniſtra caudam maioris Vrſæ capere uolens, dextra uero pene Y græcam literam tenens. habet ſtellas XXIII, unam cæteris clarius lucentem, Saturni Iouiſq; qualitatem habentes.

ARCTOPHYLAX.

Incipit mediare cœlum a crure ſiniſtro oriente Capricorni. 4

Arcturus in eius cingulo inter coxas poſitus mediat cœlum ori ente Capricorni. 5
Humerus dexter orientibus Capricorni. 20 40
Deſinit mediare cœlum oriente Capricorni. 25

INFLAMMATVS.

Incipit occidere a crure ſiniſtro oriẽte Geminorum. 3
Arcturus occidit orientibus Geminorum. 14 20
Caput occidit orientibus Cancri. 28 10
Deſinit occidere a ſummitate clauæ oriẽtibus Leonis 5 30

Hic oritur cum Virgine & Libra, occidit autẽ cum Sagittario, Capricorno, & Aquario, quoniam totus ad terram peruenire nõ poteſt, habet enim ſiniſtram manũ circulo arctico ĩcluſam quatuor ſtellis ornatã.

Ortus ſextæ imaginis.

Corona ſeptentrionalis poſita eſt inter dextrum humerum Bootis & calcem dextri pedis Herculis, & eius iliũ dextrũ, quæ & capiti ſerpentis qui Ophiuchum incingit appropinquat, oritur autẽ cum Libra, occidit cum Cancro, incipit oriri aſcẽdentib. Libræ. 8 30
Lucida in ſerto quam Chaldæi uocant Malphelchare, Babylonij Aldpheta, aſcẽdit oriẽtibus Libræ. 12 30

Corona ſeptentrionalis.

Incipit mediare cœlum oriente Capricorni. 23 10
Aldpheta mediat cœlum orientibus Capricorni. 25 15
Deſinit mediare cœlum aſcendentibus Aquarij. 4 15

Incipit occidere orientibus Cancri.	13	20
Malphelchare occidit orientibus Cancri.	13	40
Deſinit occidere oriente Cancri.	20	

Ortus ſeptimæ imaginis.

Hercules, Engonaſin, Geniculatus. hic ponitur inter duos circulos arcticum & æſtiuum, ita tamen locatus ut ſiniſtro pede caput Draconis opprimere conetur, dextro clauam inflāmati tāgens, manu dextra erecta clauam, læua ſpolium Leonis tenens. exoritur ante pedibus quam reliquis membris, prono autem capite ad terram deuenit, quaſi pēdens ſiniſtro pede ex circulo arctico. habet ſtellas XXIX, omnes Mercurio ſimiles, incipit oriri a prima genu dextri, quoniam reliquæ duæ in eodem genu nobis ſemper apparent orientibus Virginis. 13 40

Pes dexter Herculis aſcendit orientibus Virginis.	20	20
Talus dexter orientibus Libræ.	2	15
Nates eius aſcendunt orientibus Libræ.	11	4
Humerus ſiniſter oriente Scorpij.	5	
Cubitus ſiniſter orientibus Scorpij.	8	15
Caput Herculis qui dicitur latine Geniculatus, a Chaldæis Raſdalgieti, aſcendit oriētibus Scorpij, & ſic peroritur a uertice Engonaſin.	13	15

GENICVLATVS.

Incipit mediare cœlū a pede dextro oriē. Capricorni.	26	15

Cubitus dexter cum genu dextro mediat cœlum oriente Aquarij.	5	
Humerus dexter oriente Aquarij.	13	
Dimidium Geniculati Aquarij.	19	
Caput eius mediat cœlum orientibus Aquarij.	27	40
Humerus ſiniſter oriente Piſcium.	1	
Coxa ſiniſtra orientibus Piſcium.	3	40
Pes ſiniſter cũ eius crure mediat cœlũ oriẽte Piſciũ.	14	
Brachium ſiniſtrum cum genu ſiniſtro mediat cœlum orientibus Piſcium.	19	30
Deſinit mediare cœlum oriente Piſcium.	24	

OCCASVS HERCVLIS.

Incipit occidere a cubito dextro orientibus Cancri.	7	15
Humerus dexter oriente Cancri.	17	
Caput occidit orientibus Cancri.	17	40
Humerus ſiniſter orientibus Cancri.	29	30
Lumbi eius occidunt orientibus Leonis.	2	40
Pes dexter orientibus Leonis.	5	30
Coxa ſiniſtra occidit orientibus Leonis.	14	30
Deſinit occidere a crure ſiniſtro, quoniam pes ſiniſter neſcit occaſum orientibus Virginis.	16	10

Hic oritur cũ Virgine, Libra, & Scorpiõe, & occidit cum Capricorno, Aquario, & Piſce occidentibus.

Ortus octauæ imaginis.

Hæc imago a maioribus noſtris, tum græcis, tum la-

tinis lyra dicebatur, a chaldæis Aſange, a nõnullis Vultur cadens, Allobore, Teſtudo, Albegala.

Poſita eſt inter læuum crus & manũ ſiniſtram Herculis, & roſtrũ Cygni, cuius ipſa teſtudo circulum arcticum ſpectat, habet numero ſtellas decem, inter quas unã clare lucentem, & omnes Veneris Mercurijq; naturam ſequuntur.

Incipit oriri a Roſtro ĩ quo Limpida Albega cognominata orientibus Scorpij.	4	20
Ala dextra oritur aſcendentibus Scorpij.	11	15
Principium Teſtudinis aſcendit orientibus Scorpij.	15	30
Tota Lyra exoritur aſcendentibus Scorpij.	19	30

Lyra mediat cœlum.

Lyra Orphica incipit mediare cœlũ a clara in teſtudine ſecundum aliquos in Roſtro oriente Arietis.	8	
Dorſum Teſtudinis oriente Arietis.	13	
Cornu dextrum Lyræ orientibus Arietis.	23	40
Lyra Orphica incipit occidere a cornu ſiniſtro oriente Leonis.	23	
Medium Teſtudinis orientibus Leonis.	25	40
Clara in Teſtudine oriente Leonis.	30	
Tota occidit a cornu dextro orientibus Virginis.	7	30

Ortus nonæ imaginis.

Cygnus, Vultur uolans, Gallina, hic ita locatus ut ala dextra primum nodum Draconis uerſus pedem

Herculis ſiniſtrũ tangat, roſtro Teſtudinem & circulum æſtiuum, extrema cauda cum capite Cephei iũgitur, ala uero ſiniſtra ad pedes Pegaſi extẽditur. hunc prope medium circulus, qui lacteus appellatur, diuidit. oritur cum Scorpione, & Sagittario, occidit autem cum Leone, Virgine, & Libra. habet ſtellas numero XVII, inter quas unicã clare lucentem, quæ omnes Saturni & Veneris naturã ſequuntur. prius capite deuenit ad terrã quam reliquo corpore, præter extremum alæ dextræ quæ nunquã occidit.

	G.	M.
Incipit oriri a genu dextro orientibus Scorpij.	4	30
Pes dexter oritur aſcendentibus Scorpij.	8	40
Vropygium Gallinæ in quo Limpida Arrioph, ſiue Addigege oritur aſcendentibus Scorpij.	20	30
Collum Cygni aſcendit orientibus Scorpij.	29	30
Roſtrum Gallinæ in quo ſtella Albyreo dicta oritur aſcendentibus Sagittarij.	1	30
Oculus dexter orientibus Sagittarij.	2	30
Pes ſiniſter orientibus Sagittarij.	3	30
Principium alæ ſiniſtræ orientibus Sagittarij.	7	40
Medium alæ ſiniſtræ orientibus Sagittarij.	11	15
Finis alæ ſiniſtræ in quo ſtella Alryph cognominata exoritur aſcendentibus Sagittarij.	21	15

CYGNVS.

	G.	M.
Incipit mediare cœlũ a ſummitate alæ dextræ oriẽte Arietis.	28	

Roſtrum Cygni mediat cœlum oriente Tauri.	0	30
Oculus dexter oriente Tauri.	5	
Dorſum Cygni aſcendente Tauri.	21	
Cauda Cygni oriente Tauri.	27	
Finis alæ ſiniſtræ oriente Geminorum.	5	

OCCASVS GALLINAE.

Incipit occidere a Roſtro orientibus Leonis.	24	40
Oculus dexter oriente Leonis.	29	
Collum occidit orientibus Virginis.	7	45
Finis alæ ſiniſtræ occidit orientibus Virginis.	15	15
Vropygium Gallinæ occidit orientibus Libræ.	2	30
Genu ſiniſtrum occidit orientibus Libræ.	19	30

Tres ſtellæ quæ ſunt in ala dextra Gallinæ nõ oriũtur, nec occidunt, ſed nobis ſemper apparent.

Imago decima mediat cœlum.

Caſsiopeia ſedens in cathedra, cuius ſedes & ipſius pedes poſiti prope arcticum circulum inclinata facie reſpicit ad auſtrum, capite & manu dextra circulum æſtiuum tangẽs hanc ꝓpe mediam diuidit lacteus, & eſt inter Cepheum & Andromedam collocata, cuius pedem ſiniſtrum Perſeus manu dextra tangere uidetur. habet ſtellas XIII pene obſcuras. omnes Saturni qualitatem habentes, quæ apud nos nec oriuntur, nec occidunt.

Incipit mediare cœlũ a brachio dextro oriẽte Cãcri. 14

Schedex

Schedex quæ eſt in collo Caſsiopeæ mediat cœlum oriente Cancri. 22

Deſinit mediare cœlũ a pede dextro oriẽtib. Leonis. 10 20

Ortus undecimæ imaginis.

Perſeus, Deferens caput Algol, ſiue Celeub. huius læuum crus & humerum ſiniſtrum circulus æſtiuus a reliquo corpore diuidit. eſt locatus ſub pedibus Andromedæ, manu dextra qua falcẽ tenere dicitur pedes Caſsiopeæ tangens, læua caput Algol deferens, pede ſiniſtro pene Taurũ premẽs, dextro calce læuũ brachium Agitatoris percutiẽs, cuius caput & manũ dextram cum uentre & reliquis membris dextri lateris, circulus, qui lacteus dicitur, diuidit. hic habet ſtellas numero XXVI, inter quas unam clare lucentem. & ſtellæ quæ ad Perſeum ſunt Saturni ac Veneris qualitates retinent. globus ſtellarum qui eſt ad capulum gladij, Martius eſt.

Oritur Capricorno Aquario. Piſcibus, Ariete, & Tauro aſcendentibus, occidit autem Geminis & Cancro orientibus.

Perſeus incipit oriri ab humero ſiniſtro oriente Capricorni. 21

Lucida in latere dextro ſuper cingulum Algenyb dicta oritur aſcendente Aquarij. 2

Ilium Perſei dextrum aſcendente Aquarij. 20

DE ORT. ET OC.	G.	M.
Cubitus dexter aſcendente Aquarij.	24	
Genu dextrum orientibus Aquarij.	26	15
Coxa dextra oriente Piſcium.	7	
Siniſtra manus, quæ caput Gorgonis *tenere dicitur aſcendit orientibus* Piſcium.	12	40
Deſinit oriri caput Algol *ſiue caput* Meduſæ, *ſeu* Gorgonis *orientibus* Piſcium.	20	40
Coxa ſiniſtra prope clunem orientibus Piſcium.	23	15
Pes eius dexter oritur aſcendente Arietis.	7	
Crus læuum oritur aſcendente Arietis.	23	
Pes ſiniſter Perſei *cum toto eius ſimulacro exoritur aſcendente* Tauri.	2	
Perſeus mediat cœlum.		
Incipit mediare cœlum a manu dextra quæ falcem tenet orientibus Leonis.	9	20
Humerus ſiniſter orientibus Leonis.	14	30
Caput mediat cœlum orientibus Leonis.	16	
Humerus dexter qui cum capite & brachio neſciunt occaſum mediat cœlum orientibus Leonis.	18	15
Raſdagol *& totum caput* Meduſæ *mediat cœlum oriente* Leonis.	20	
Algenib *quæ eſt in ilio dextro* Perſei *mediat cœlum orientibus* Leonis.	22	15
Coxa ſiniſtra orientibus Leonis.	25	45
Calcaneus ſiniſter orientibus Leonis.	27	10

Digiti pedis ſiniſtri orientibus Leonis. 29 30
Genu dextrum orientibus Leonis.
Deſinit mediare cœlũ a pede dextro oriẽte Virgis. 6

OCCASVS PERSEI.

Perſeus incipit occidere a pede ſiniſtro & capite Algol orientibus Sagittarij.
Caput Meduſæ deſinit occidere oriẽtibus Sagittarij. 1 15
Cubitus ſiniſter orientibus Sagittarij. 13 40
Algenib clara in latere dextro Perſei orientibus Capricorni. 4 15
Coxa dextra ꝑpe femur occidit oriẽtib. Capricorni 14 10
Meridionalior trium quæ ſunt in genu dextro occidit orientibus Capricorni Quia reliquæ duæ in eodem genu poſitæ cum ſuperiori pene medietate Perſei nunquam occidunt.

Ortus duodecimæ imaginis.

